 codē. in. ff. de iurif. o. iur. z glo. allegat illū. l. ad hoc ppositū  
 in. l. iij. §. Item aduersus puratore. ff. de negot. gest. ergo  
 sequit q; cū hic dicit q; idē vult obseruari et. q; istud re  
 latiuū idem positū in singulari referat tantū ad vocatio  
 nem eorum quorū interest et. z non ad expressionem valo  
 ris et. et obmitto hic inferere ad longū qñ clausula posita  
 in fine debet referri ad totā dispositionē vel ne quia esset  
 lōgus in sermone. z quia materia est subtilis sed obmissio  
 intellecto istius regule quam credo fore q; extendatur ad  
 vt riq; ista clausula. tñ de mero iure crederē q; etiā in con  
 firmationibus vnionū debet exprimi ver⁹ valor vtriusq;  
 bñfici alias nō valet stante primo responso huius regle  
 etiā si ista clausula nō referat ad illud. z hoc p̄bo. nā in cō  
 b̄mpeccationibus ex q;bus suo antiquū augmentat vel q;

Valor vtri  
 usq; benefi  
 cii vntendi  
 ds exprimi  
 in cōfirma  
 tionib; vnio  
 num.

Quas cōseruatur debet fieri mentio beneficiorum et debet  
 fieri etiā in cōfirmationibus vt dicit glo. notabilis l verbo  
 preferri quā ibi notat Dñicus in. c. si apostolice. de prebē.  
 li. vi. Sed p̄ istam cōfirmationem supple defect⁹ solennit  
 atis si in vnione facta fuit obmissus scz quo ad vocatiōē  
 partis et quo ad alia substantia et. vt vult dec. cxxxvii.  
 que incipit. Item q; papa cōfirmādo et. licet loquatur in  
 dimembratione z q; forte fuit facta ex falsa causa vnio p̄t  
 esa ideo censet nulla. vt vult Oldra. p̄l. l. x. cōdus b; sequē.  
 q; incipit q; p vnionē factā per ep̄m z p cōfirmationē pape  
 sit validū illud q; alit erat invalidū. c. i. de traslac. 3e q; p  
 cōfirmationē pape nullus inferior potest illud reuocare. c.  
 h. de cōfir. vii. vt dicit glo. in. c. ff. xi. di. in verbo auctoritate  
 te. ergo sequit q; etiam de mero iure debet fieri mentio va  
 loz in confirmationibus vnionū sicut in vnione et. p̄bati  
 iure iuncta ista regula in primo respōo etiā postq; ista  
 clausula non referatur ad primū responsum z pro z cōtra  
 q; referatur vne faciat vtra iura vulgaria. c. ecclesia ve  
 tra de elec. z q; ibi. no. Abbas credo tamē q; si clausula  
 vocatis quorū inter est non ponat in bulla et fiat vnio q;  
 valet ar. cle. si. de reb; ecclie. z q; annullatio p̄cedētia rel  
 ponit nō extendatur ad secundū cū sit penalit vt dixi. z ista  
 p̄ba referuntur ad breuitates. sed si ipsi non ponat nō vi  
 ctatur bulla p iura vulgaria maxime q; tales bulle tran  
 seunt p camera applicā. 3e dico q; si fieret vnio motu p  
 prio z nō fieret expressio valorisq; valeret vnio. ar. c. si mo  
 tu pprio. de preben. li. vi. iuncta hac regula ibi q; presentes  
 et. faciat. l. i. C. de peti. bono. subla. li. x. z hec p nunc.

Unio facta  
 motu pro  
 prio valet  
 etiam sine  
 expressione  
 valoris bñ  
 ficioz vni  
 tonum.

Sequitur Aligesima secūda Regula.

Item de mēdicantibus quia dallos  
 ordines transierit pro tēpore voluit  
 constitutiones se. Re. Warrini pa  
 pe. v. predecessoris sui de super fa  
 ctam etiam in libro cācellarie scri  
 ptam firmiter obseruari.

Ista regula dicitur q; in mēdicantibus transeun  
 tibus ad alios ordines seruetur cōstitutio Marti  
 ni scripta in cācellaria z vult dicere ista regula q;  
 quando papa dat licentiam trāsferendi ad minorem or  
 dinem alicui mēdicatē q; non expeditur bulla in cancel  
 laria nisi seruata forma dicte constitutionis que dicit q; qui  
 cūq; religiosus transterit ad aliu ordinē minoz vel eque  
 lem sua p̄p̄tia auctoritate q; sicut apostata sit ipso fa

eto episcopus et solet poni ista clausula. Vnum tamen tua  
propria auctoritate habitum non dimiseris. et ad aliam ma-  
nozem ordinem vel equalem tua ppria auctoritate huc  
vix non transferis. et si papa dat licentiam transferendi  
derogatur illi constitutioni expresse dicendo non obstat  
sclis recordationis Martini pape predecessoris nri con-  
stitutione. et sic practicat cancellaria. Et sciendum est qd  
quando vnus est mature etatis: vult transire sine causa  
ad minorem ordinem tunc non potest hoc facere absqz li-  
centia pape. vt dicit glo. Dominici in. c. singula. §. prohibi-  
bitus. de preb. li. vi. ibi domi. quando potest quis transi-  
re ad aliam religionem strictiorem vel equalem aut minorem  
cu licentia sine licentia superioris. et per glo. et doct. in. c. li-  
cet. de regularibus. que non infero hic. quia non multum  
faciunt ad propositum. Vnus tamen scio qd per cameram  
apostolicam expediuntur multe bulle: vt non seruetur illa or-  
dinatio Martini: maxime tempore fixi pontificis qui sus-  
cit frater: et sciebat bene labores fratrum. ideo de facili se-  
cum dispensabat etiam de ordine sancti Hieronymi: et de sa-  
cto Francisco: qd sunt fratres sancti Johannis hierosolymis  
tant vel sancti spiritus cu crucibus ante pectus. ita qd via-  
dent clerici vel russiani ponis. cur tamen solus deum ha-  
beat vltorem. ar. l. j. C. de rebus cre. ego tamen in istis de-  
pendentibus a conscientia: maxime ex voto no essem scis  
rus cum dispensatione papali. iuxta glo. singu. in. c. no est  
de voto. et papa est excusatus: quia credidit confitentie im-  
petratio vbi nulli fit preiudicium.

Papa fix  
sus fuit de  
ordine fra-  
tru mendic-  
antium.

Sequitur vicesima tertia regula.

**I**tem declarauit idem dominus noster qd li-  
bra Turon. paruois: et florenus auri de  
camera p equali valore in concernentibus litte-  
ras et cameram apostolicas computari et exti-  
mari debeant.

**I**sta regula dicit qd quo ad cōcernētia litteras apo-  
stolicas vel camerā apostolicā. qd est tantū dicere li-  
brā Turonen. quāntū ducatus de camera: et ppter hāc regu-  
lā pontif in supplicationib⁹ quādo impetratur beneficiū  
cuius fructus. et. librarum turonen. paruois se. cō. exti-  
et. c. nō aures ⁊ solidus nūmismā ⁊ ducat⁹ idem est glo. in  
rub. de nūm. potest. li. x. et Insti. de pena teme. litig. §. fi.  
l. quorrens. C. de suscep. li. x. de qua materia p canonistas  
in. c. quanto. de iur. iur. et per legistas maxime Bar. in  
l. paulus. ff. de solut. sed interrogauit in curia canonistas vn-  
de habuit ortum libra turonenis paruois ⁊ vnus abbes

riator magnus dñs respondit michi ad ephesos et voluit  
dicere qd in istis vocabulis recurrendū est ad catholicon p  
quo facit glo. in rub. ff. solu. ma. que dicit qd dispensatio vo-  
cabuloz est relinquēda pertinacibus/id est capitosis: sed  
certe ego intelligo illā glo. verā quando non referuntur  
quid significet vocabulū: qd tunc esset pertinacia insister. in  
eius significatione/alias secus. nā omnis sciētia incipit a  
cognitione vocabuloz vt ait Bal. in. l. liberi liberteqz. C.  
de oper. li. in. ti. co. ideo oportet videre quid est libra turo.  
paruois ppter surreptiones bullarū quo ad valorē. tamē  
quia hic declaratur satis est quo ad nos. sed interrogauit  
vnū gallicū quid est ista moneta. et dixit michi qd cū alias  
fuisse: factum conciliū in ciuitate Turonēsi. Rex francie qd  
habebat odio Italos procurauit qd iteret imperatio. secu-  
dum illam libram turo. paruois: que libra valet vnum ducatum  
⁊ qd non fieret p ducatos: et si tamē factū fuit. sed cre-  
do qd sit somnū ⁊ satis est qd sumus certi quāntum valet li-  
bra turo. paruois: quia valet vnum ducatum. sed vidi dubitari  
quomodo intelligitur ducatus in imperationibus an ses-  
cundū qd valet in partibus vel secundū qd constat in curia  
cum cambio. ⁊ allegauit qd secundū qd valet in curia in cam-  
bio. ⁊ allegauit nota. in dicto. c. qro. et in dicta. l. paulus. de  
solut. que longū esset referre hic. sed sic practicat rota.

Vocabuloz  
rum dispu-  
tatio est p  
tinacib⁹ re-  
linquenda.

Ducat⁹ qd  
mō estime-  
t in impetra-  
tionib⁹ bul-  
larum. et.

Sequitur vicesima quarta regula.



**I**tem prefatus domin⁹ noster papa  
voluit: decreuit: ⁊ ordinauit: qd quēcū-  
qz concessionum gratie ⁊ mandata es-  
tiam motu proprio et cū derogatione  
hulus cōstitutionis que ab eo p quibus  
cūqz personis emanauerit de prouidendo eis de  
quibusuis bñficijs vacaturis p promotionē quo-  
rumcūqz ad ecclesiarū et monasterioū regimē  
na si hmoi concessionēs et mandata diē promo-  
tionis promouendorum ipsorum precesserit nec  
non quecūqz collationes ⁊ prouisiones pro tem-  
pore faciēde de premissis ac quibusuis alijs bñ-  
ficijs ecclesiasticis secularibus ac regularibus qd  
per promouēdos vel p assumēdos ad quascūqz  
prelaturas inter illarū vacationū et huiusmodi  
promotionum vel assumptioūz tēpora simplici-  
ter vel causa permutatioūz vbiqz signari vel

alias dimitti cōtingerit / cū inde secutus / pro ipse  
sint cassa & irrita nulliusq; roboris vel momenti.

**I**sta regula dicit q̄ mādāta de p̄nōidēdo sive p̄  
uisiones quorūcūq; beneficiorū vacaturōrū per p̄  
mōtione q̄uorūcūq; ad quācūq; s̄taturas etiā  
si s̄nt motu p̄prio etiā cum derogatione hui⁹ cōstitutio-  
nis. Itē p̄uisiones & collatōes b̄nficiorū illorū q̄ deberēt p̄  
moueri q̄ vacāt p̄ resignatiōē simplicē illoz v̄t ex cā p̄mu-  
tatiōis etiā sunt nulle &c. Et rō hui⁹ cōstitutōis q̄ ad p̄mā  
partē fuit ista q̄a q̄i vnus debebat p̄moueri ad ep̄atū v̄t  
ad regimē monasterij itē erat ip̄ortunat⁹ papa sup̄ b̄nfic-  
iis illis vacaturis q̄ p̄pter importunitatē illa p̄cedebat  
etiā indignis ideo cassat papa talia mādāta &c. Quoad  
secundā partē fuit rō quia ille qui sciebat se p̄mouēdū fa-  
ciebat resignatiōes secretas vel ex causa permutatiōis  
p̄mutabat pinguis b̄nficia p̄ vno b̄nficio minimo q̄d p̄de-  
beret iuxta doctrinā doc. in. c. c̄venerabilis. de exce. 2. c. cū  
vniuersorū de re. p̄mu. & sic quādo papa volebat cōferre  
nihil reperiebatur vel modicū in b̄nficijs suis id &c. Et p̄s  
derādum mihi p̄uto id q̄d dicit id quia dā intelligi q̄ b̄ne-  
ficia vacantia tam p̄ p̄mōtione ad eccliam cathedrale q̄  
ad regimen monasterij vacant i curia. sed de iure non re-  
p̄io hoc cautū s̄mo vidēo q̄ illi ad quos p̄inet collatio il-  
lorū b̄nficiorū possunt ea conferre p̄ minus consecratiōis  
&c. cum in cunctis. de elec. ¶ Item de iure cōmuni non re-  
p̄io cautum q̄ si vn⁹ habet p̄simonia vel alia b̄nficia sim-  
plicia & p̄mouet ad regimen monasterij q̄ ista b̄nficia va-  
cāt ip̄o facto. sed bene rep̄io illa resuata p̄ extrana. ad re-  
gimē. sed q̄ illa extrana. exp̄irant. cū b̄nficio ei⁹ p̄ditore  
v̄t ex sine ei⁹ p̄ppet et dixi. §. in alia reg. Sequit⁹ q̄ si papa  
moria q̄d has regulas fecit suo tpe duraturav̄t. §. in p̄he-  
nio & fecit similes reseruatōes in illis contentas in c̄fus.  
ad regimen q̄ tunc si anteq̄ eligeret alius pontifex vel an-  
teq̄ faceret regulas reseruatōis vacaret ep̄atus & cano-  
nici eligerent & archiep̄iscopus cōfirmaret. put p̄t face-  
re v̄t dixi superius in sc̄ba regula q̄ tūc ille ad quē p̄tine-  
ret collatio ip̄orū b̄nficiorū possēt p̄ferre de iure p̄. d. c. cum  
in cunctis. Item q̄ ante electionē illius vel confirmatiōē  
posset ille renūciare b̄nficia sua simpliciter vel ex causa  
permutatiōis quia tūc non haberet locum ista regula p̄  
probem̄is regulari. Et ista valet in simili pro concordat  
Alemanie et pro pragmatica francie sed ad tollendū  
hoc dubij papa dicit q̄i promouet aliquē ad ecclesiam q̄  
reseruat beneficia ipsius & confert alijs vel mandat cōferre

Promonen-  
di ad pla-  
surā an pos-  
sit sua b̄nfi-  
cia p̄ferre.

Optima il-  
latio.

De prag-  
matica fra-  
cie.

si et ista est reseruatō specialis que solet per cancellarias  
exp̄diri v̄t dixi supra in alia regla. Itē ponderandū mihi  
h̄i arbitror istud verbū q̄d ponitur h̄ic etiā motu p̄prio es-  
cū derogatione h̄mōi cōstitutōis &c. Et quod videt q̄ pa-  
pa imponit s̄b̄p̄si legē & q̄ etiā si appa rerer bulla cōcessa  
motu p̄prio et cū derogatiōe istius cōstit⁹. q̄ nō deberem⁹  
obedire. sed hoc est cōtra dispositiōē iuris cōis. q̄ p̄ qua-  
cūq; p̄stēm papa daret alicui. vel quecūq; verba dī-  
ceret in p̄uilegijs & cōstitiōis. nihilominus maiorē p̄stēm  
retinet penes se ad totū illud cassandus. c. b̄ndū. 2. c. s̄uis  
lo. §. de p̄ben. li. vi. Ergo sequit⁹ q̄ si papa diceret in bul-  
la p̄uisionis q̄ motu p̄prio & ex certa sciētia hoc facit et  
q̄ exp̄isse derogat h̄ic cōstit⁹. q̄ valeret ista derogatiō per  
dic. c. 2. per. l. si quid in p̄cipio. ff. de le. i. et illud dicit Bal-  
in p̄ludis feudorū. in. xii. co. 2. in. c. si. q̄ feudum dare pos-  
sunt. col. x. qui dicit q̄ papa per s̄ba derogatoriā potest s̄  
bi imponere legē. sed non successori. & allegat Jo. mona. in  
c. §. de cōstit⁹. li. vi. est vna trassa. Sed mirādum est de rō  
do doctore qui similia s̄ba dixerit p̄ predicta iura. ideo cre-  
derem q̄ si papa veller derogare isti cōstiti. faciēdo ex-  
pressam mentionē q̄ possēt. & sufficiant dicta docto. in. c. §.  
de exc. p̄ela. li. vi. & in dicta. l. si quis. l. p̄n. de le. i. 2. p̄ Bal-  
in. c. naturales. si de sen. fuerit. §. in. ii. §. co. & in. c. §. libe-  
larius. de pa. cōstā. & in. l. §. C. de naturalibus. li. vbi bona  
glo. 2. p̄ canonistas aliq̄s modernos in. c. nōnulli. de rescri-  
ptis. verūm̄ esset q̄ in hoc debet expectari sc̄da iussio si vel-  
let ordinari. ar. c. si q̄n. de rescri. §. si ordinari⁹ nollet. nō  
tenet⁹ p̄ dicta. Et ita credo s̄tētiare rōrā. Itē arbitror q̄  
ista clausula motus p̄p̄ri & cū derogatione &c. debet etiā  
intelligi i sc̄bo responso huius cōstitutōis q̄ sub vno con-  
scripto ponit tota ista dispositio. ergo p̄sonit debet stel-  
ligi iuxta doctrinā Bar. in. l. talis scriptura. ff. de legatōis  
§. 2. in. l. p̄toz. ait. §. eritq; d̄ra. ff. v̄bonorū raptorum. et in  
istis nō debem⁹ separare caudā a capite alias esset absonus  
intellectus. glo. est no. in. c. cōstuentinis. xi. di. §. allegat. c.  
maiores de bap. & ibi notat⁹ doc. sed ois nōtati⁹ h̄ic possit  
rescri. regit infra ibi sint cassa & irrita §. 2. c. p̄dicta. ¶ Itē  
alias sui interrogat⁹ i curia si vn⁹ verūm̄ n̄tēkiebat se p̄-  
mouendū & iterim renūciauerat aliq̄ b̄nficiū in fauorem  
sui familiaris vel amici an valebat ista renūciatio: & dixi  
me credere q̄ sic. etiā si postea in breui promoueretur. & a-  
tio est quia iste nō facit in fraudē legis. ergo &c. nā aia le-  
gis est ratio legis. l. cū ratio. ff. de bonis bap. et si dicatur  
q̄ sufficit ita scriptū esse: & ita debet seruari. l. p̄p̄p̄xit. ff.  
qui et a. qui. et. c. in memoria. xi. di. v̄t sepe dixi super illa

Papa an  
possit sibi  
ipsi legē im-  
ponere.

Anima le-  
gis dicitur  
se ratio leg-  
gis.



l. caret spiritu. ut dicit bal. in l. si quis seruo. C. de furtis. et sic credo fuisse ut intellexit hitatus in rota: maxime qz ex multis que not. in l. si seruus pluriu. ff. de le. l. et ex alia reslar. per bal. in. c. i. §. et quia vidimus qui seu. da. po. in. vi. co. potest colligi intentio statuentis etiam si no expiimat que obmisit causa breuitatis. hec sufficiant pro nunc.

Sequitur. xxv. regula.

**U**tem voluit: statuit/et ordinavit idē dñs noster qz iudices i romana curia deputati p tēpore etiā si sint romane ecclesie cardinales causarum palatij apostolici auctores: vel alij quicūqz nō iuxta formā supplicationū signatarum super quibuscūqz impetracionibus vel cōcessionib⁹ nisi si sint cōmissiones iusticiā cōtinētes per placet: vel per sancte romane ecclesie vicecancellarium iuxta facultatē super hoc sibi cōcessā signate: sed iuxta litterarū super eisdē impetracionibus ⁊ cōcessionibus confectarū tenores et formas iudicare debcāt qz si littere ipse minus bene p occupationē vel alias expedite repertāt ad illorū quo: si interest instantiā ad apostolicā cancellariā remitti poterūt per eius officiales quibus huiusmodi tenores ⁊ formas pstringere cōuenit ad formas debitas reducendo.

**I**sta regula dicit qz nullus iudex in curia etiam Cardinalis debet iudicare secundū tenore ⁊ supplicationis cōcernētis grām sed secundū tenore ⁊ signate expeditarū nisi sint cōmissiones per placet vel signate vicecancellariū sup iusticiā ec. ⁊ si littere nō bene sunt signate debent mitti ad vicecancellariū ec. ⁊ ha regula. R. p. habet in se equitatē licet videatur prima fronte cōtra ma nā omnis grā pape est pfecta de iure p solam signaturam ⁊ solo eius verbo est grā facta etiā sine expeditio: bullarū sufficiat ter. cū glo. in c. institutione. xxv. q. ff. et ter. cū glo. in cle. dudū. §. nos em̄ de sepul. obmitto doc. in phemio. vi. ⁊ Bal. in l. humanū. C. de legi. ⁊ Abb. in. c. in nra. de rescrip. ⁊ in. c. nosti. de elec. si hoc nō obstante facit p equitate huius regule qz multe falsitates cōmittuntur in supplicationibus que non possunt cōmitti in bullis. p̄maxime qz officia

*in litteris apostolicis  
est expeditio  
de iudicium*

*Per solā signaturā  
bicit grā per  
fecta*

les habet certas regulas ad expeditū litteras ut videbimus infra. ergo ec. Nā falsitates litteras apostolicas puniuntur grauius de iure. c. ad falsariū. de crim. fal. sed supplicatio nō est littera apostolica quia non est bullata. ar. c. licet. ⁊ c. qz grani. e. t. ergo ut euitetur falsitas apersa expunitur falsitas bullas ⁊ ut videat tenor bullarum expeditarū. ideo ⁊ c. ⁊ et ec ista regula pōt sumi cōclusio etiā de stilo et de iure qz quilibet grā pape nō dicitur pfecta nisi reducat in mūdum. hoc dicit aperte Bal. in. c. i. in. si. col. per quos fiat inuestitura. col. x. ⁊ allegat in ar. l. contractus. C. de fide instr. et hoc idē vult Oldra. cōsil. cxxvi. in. v. c. a quo habuit Bal. ⁊ incipit qz articuli dati et idē dicit Antho. credo cōsil. xij. et cū eis cōcordat ista regula et facit etiā qz dicit Jo. de milis in verbo gratia apostolica nō censetur qz nō allegat dictos doc. sed dicit bona verba quo ad practicā et dicit qz ante has confectas nō dicit qz habere canonicū titulū et allegat i. et. ro. cccc. xliij. sed forte est. cccc. xli. cū seq. qz incipit. qz h. ro. curia. post hoc tollo. aliqz dubia curioso. qz voluit scire pl⁹ qz nō oportet sapere iuxta. c. i. de renū. li. vij. dico qz licet ista regula loqzetur de iudicibus in romana curia. nō sequitur a cōtrario sentū qz extra curiā nō habeat locū ista regula quia a fortiori debet habere locū extra eā et que ponitur causa exēpli in curia non firmat regulā in curia tñ. l. i. §. qz vulgo. ff. de vi et vi. ar. c. i. in prin. iuncta glo. ne clerici vel monachi item pōdero hic verbū cardinales ⁊ c. ⁊ voluit dicere qz ista cōstitutio vel alia nō extenderetur ad cardinales nisi exprimerent ut hic. si dico qz multa exprimuntur ad causas velā ppter simplices. ideo nō firmat regulā. l. si. C. de in di. cta videt. col. ⁊ in. c. i. de noua for. fideli. col. x. sed an cardinales comprehendant in quacūqz dispositioe loquēte simpliciter vel vniuersaliter vel indiffinitē. plene dico in tractatu cardinaliū in. xvij. qz qz colligo hic cōtra curiosos qz supplicatio cōtinet in se cōmissiones ibi nisi sint cōmissiones ⁊ c. et sic supplicatio est genus: ⁊ cōmissio est species. proprio tamē sumpto vocabulo: supplicatio est que continet gratiā meram. ⁊ cōmissio que continet iusticiā. Ex hoc infero qz si papa committit signaturam supplicationum vni episcopo per placet: qz etiam videtur sibi committere signaturam cōmissionum per placet. ar. huius regule maxime in presentia principis qui tollerat ⁊ c. quod facit ad tollendum dubium curiosorum: an domus Alariensis qz habuit signaturā p placet a dño sigro cēferet hōre etiā cōmissioni. qz R. dñs Notariēns cardi. habuit signaturā cōmissionū cū referēdario: ⁊ dixi alio qz sic et non oportet

*Supplicatio  
no est littera  
apostolica.*

*Differētia  
inter suppli  
cationes ⁊  
cōmissiones.*

Signatur  
ra p placet

*Quo est signa  
tunc per pla  
cet*

Rescriptū  
ad lites est  
largissime  
interpre-  
tandum.

et infflere in hoc: quia ipse habuit bullam de hoc vt au-  
dio. Item ponderandū est hoc verbi per placet hic positū  
et sic erat in regulis Sixti sed non in regula Pauli. et quia  
forte simplices curiales possunt dubitare qd est ista signa-  
tura per placet breuiter dicit aliquid: qz supra in propheta  
mīo teigi an sufficeret in curia prima cōmissio et nō requi-  
reretur alia cōmissio pro auditoribus. sed qz ipsi possent vi-  
dēte prime cōmissionis facere omnia que p̄tinerēt ad ne-  
gociū principale expediendū iuxta. c. preserea cum infi-  
nitis. de offi. deleg. Nā cui iurisdicō mōdata est ea quoqz  
concessa esse videntur sine quibus iurisdicō explicari nō  
pote. ff. de iurid. om. in. ergo videtur qz prima cōmis-  
sio sufficeret pro auditoribus vt possint omnia facere sine  
quibus zc. maxime quia rescriptū ad lites debet largissi-  
me interpretari. vt notāter dicit Innoc. in. c. epi. de rebas  
ec. et glo. est in. l. iij. ff. de offi. presi. qd est verū quo ad vim  
comprehensiuā secus de extēsiua. vt dicit ibi Abb. et pro  
eius dico facit glo. fina. quam etiam notat ibi Abb. in. c.  
edoceri. de rescrip. que dicit qz rescripta debēt stricte intel-  
ligi sed concordādo dico eam veras quo ad mentē extēsi-  
uam. scēus quō ad comprehendētiā alias cōtraria esset dī-  
cto Innoc. vbi supra. Itē qz iudex potest interpretari legem  
obscuram in causa coram eo pendente vt vult Innoc. no-  
santē in. c. cum speciali. de ap. cuius dīcti approbant doc.  
etiam legisse maxime Bal. in vltibus seu. in. c. i. s. inter pa-  
res. alias est. c. de p. se. de lege corrad. in. ff. co. ergo sequi-  
tur qz sufficere deberet prima cōmissio et non essent necessa-  
rie tot cōmissiones et tot tribulationes in curia. sed ad hoc  
sciendū est qz an: iquo tēpore prout habuit a dño meo Car-  
dinali z motensi sic fiebat et quando aliquod dubiū verte-  
batur inter auditores tunc consulebāt vicecancellariū. et  
quia ipse poterat de mero iure etiā declarare dubia iuris  
vt dicam infra in potestate sui forte ipse consulebat suos  
proceres: et dabat cōmissiones in quibus declarabatur dubi-  
um. Sed qz dignitas pape non appreciābatur tñ sicut hodie.  
nā vicecancellariū concurrēbat cū papa in potestate.  
vt dicit Cardi. in ele. ff. de elec. Itē qz aliquā tam adu-  
tes qz etiā vicecancellariū excedēbant metas suas fuit  
vltimū qz pro cōmissionibus simplicibus recurreretur ad vi-  
cecancelariū et ipse signat de mōdato dñi nri pape zc. qz  
qz occurrit aliquid dubiū iuris tunc qz ad solū principem  
spectat declarare illud: interpretari cuius est condere. fa-  
ciat. c. inter alia. de sent. exco. recurritur ad papā pro de-  
claratione: et tunc si est maximū dubiū qz desiderat equi-  
tate ipsemet papa signat hoc modo placet: vel sic placet

reflectis expensis. vel placet. consilio. de assertis sed ante  
quo tempore signabat papa sic fiat iustitia. c. f. de offi. del.  
et facit qd dicit Bal. in. c. ff. de offi. leg. Sed hōdie papa rāsi  
in supplicationibus gratiosis signat sic. f. fiat vt petat vel  
fiat simpliciter: et si signat in cōmissionibus ipse dicit con-  
cessum vt petitur idem facit vicecancellariū in signaturis  
beneficiorū iuxta formā regule infra in sui potestate po-  
sire. et idem facit legatus in supplicationibus gratiosis. f.  
concessum vt petitur vel placet zc. Ego consului domino  
Alexbone. vt signaret per placet vt esset differentia inter  
ipsum et Alerientem et Vicecancellariū et sic fecit: et sic iste  
cōmissiones aliquādo proponūt in consistorio publico qz  
aduocatos consistoriales vt omnes videāt papam facere  
iustitiam cum equitate: et quando papa est impeditus cō-  
mittit istam signaturā alicui cardinali qz videat cōmissio-  
nes cum referendariis et signet ad maiorem partem ipsorū  
vel cōmittit alicui episcopo ad partē: et tunc iste dicit pla-  
cet dño nostro pape cōsilio. zc. et ponas exemplum in hac  
regula. Pone qz bulla non concordat cum supplicatione et  
produciat bulla tunc quia de iure non reperitur cautio qz  
de essentia gratie requiratur supplicatio ideo aduersarij  
velit qz corrigeretur fm tenorē supplicationis: et tunc ha-  
beret vnam cōmissionē: et quia vicecancellariū nō potest  
eam signare tunc cōmissarius pape ad signandū p placet  
dicit placet dño nostro pape cōsilio. qz non concordat bulla  
cum supplicatione et tollitur ius questū zc. et ppter hanc  
cōmissionē mittitur ad cancellariū et corrigi zc. Et predi-  
ctis infero qz est male vlticāsi quādo signatur cōmissio per  
placet qz signetur prout de iure: qz ad papā recurritur ad  
deklarandū ius et qz ipse respōdeat prout de iure idem esse  
dicere sicut ignotū ignotus: vt in simili dicit glo. in. l. f. c.  
de naturalibus li. sed certe cessante fantasia multo melius  
esset qz vna cōmissio sola fieret pro quacūqz causa cū inci-  
dentibus zc. et qz auditores totum negociū expediret per  
predicta. Sed tunc bene non possent viuere cursores et  
notarii et copiste et eoz meretrices et etiā pcuratores ideo  
etranseamus cum erroribus aliorū et nolo referre hic deci-  
siones rote dicentes qz cōmissiones auditorū in curia sunt  
strictissime in presentia principia. Et quādo intelliguntur  
auditores ordinariū in cognoscēdo et delegati in pronūcia-  
do. nam multi allegant et non intelligunt etiā maximi vi-  
ri. Sed hoc non est dicendū hic forte alibi infra dicam: et bis  
relatus in alijs tractatibus. tamen auditores multa pos-  
sunt facere sine cōmissionibus per placet que non faciunt  
ppter aliqua tascenda. vñū tamen non obmitto hīc quia

Si bulla dis-  
cordat cum  
supplicatio-  
ne.

Nota.

**Algesima quinta regula can.**

quando papa vel eius commissarius signat per placet nō credo q̄ vicecancellarius possit restringere istam signaturā: si restringeret potius deberet auditores stare signature per placet. quia ex quo papa apposuit manū inferior non potest se introrūtere. sufficit. c. vi. nostrū. de ap. tamēn rota tenet contrariū z nescio quo iure: forte dicam infra in aliqua regula. Item ponderandū est hic verbum nisi sint cōmissiones iustitiam concernētes alias continentes per placet. vel per sancte Ro. ecclesie zc. Nā a fortiori debet intelligi de breuibz ac supplicationibz interclusis et quia casus nunc pendet dicitur hic aliquid z infra in regula. xxi. etiam tangam si papa prouidit vnde vna prebenda et cōmisse per breue suū supplicationibz interclusis q̄ poneret in possessione verificatis supplicationibz in partibus opponitur de ista regula dicendū puto q̄ ex quo constat de voluntate pape q̄ non habeat locū ista regula maxime per predicta verba a fortiori p̄ autē. multo magis. C. de ep̄is z cler. pro nunc nōh decido: quia pendet de facto. Item p̄ hanc regulā praecatur q̄ licet vnus cōsentiat in cancellaria in certa p̄ssione persolueda: tamē nichilominus non tenetur eā soluere nisi bullis expeditis z sibi intimatis zc. ibi s̄m tenores z formas zc. quia supplicatio nō facit fidem. Sed ego deū cauteis z iertū in facto meo q̄ ille qui cōsentit faciat instrumentum ad partem q̄ est contentus soluere pensionem etiam bullis non expeditis z renunciat huic regule: quoniā potest renunciare iuxta. l. si quis in conscribendo. C. de pac. z de ep̄is z cle. l. si quis. z tunc tenetur ipse: sed de successore credo q̄ non. nec cōmittitur aliqua simonia per ea que dixi superius in principio. Item pondero verbum hic ad illorum quorū interest instantiam zc. Nam ex hoc videtur q̄ iudex non debet mutare bullam male formatam ad cancellariam corrigendā nisi pars petat per hūc tex. maxime quia iudex in his que pertinent ad vtilitatem priuataam non potest regulariter supplere. sufficit. l. iiii. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. vbi per Barto. et glo. z doct. in. c. bone. lo. f. de postu. prela. et per Bar. z Bal. in. l. i. C. v. que desunt adno. sed q̄ in causa beneficiali iudex potest supplere ex officio suo. c. olim. de rescrip. et glo. in dicto. c. bone. sequitur q̄ iudex potest facere si vult: sed non astringeretur. ideo est bonum in arbitris habere iudicem fauorabilem. vbi dicit glo. in regula in iudicis. de regu. iuris. lib. vi. Et hec sufficiant p̄ nunc.

Papa ex q̄ semel manū appositū non potest inferior se introrūtere.

Cancellaria pensionem possit peti sub simplici signatura.

Bulla male formata an debeas ad partis requestas reformari.

**Sequitur Alcesima sexta Regula.**



Item attendens idem dominus noster q̄ super habendis de cancellaria apostolica regulis z constitutionibus inibi descriptis faciliter per illos qui in Romana curia idiguerit ad ipsam cancellariam recursus diligi potest: nec consilium foret q̄ super earundem regularum z constitutionum quas iuxta occurrentiū varietatē causarum z negotiorū aliquoties imitari cōuenit p̄ bādo tenore vel effectū testiū plerūq̄ tenacem desup memoriam non habentiū depositionibz stat deberet/ voluit statuit z ordinauit q̄ deinceps q̄libet ex auditoribus causarū palatii apostolici z alijs etiā si sancte Ro. ecclesie sint cardinales in ipsa curia pro tēpore depuratis auctoritate apostolica iudicibus etiā in causis actu pendētibz/ super huiusmodi tenore vel effectū p̄ bādo dūtaxat stet fidēq̄ adhibeat cedula siue scripture desuper a duobz de maiori parco q̄ bāda sit a tergo signate: z etiā duobus alijs l̄raz aplicaz abbreviatoribus in ipsa cācellaria auscultate: z dñi vicecancellarij seu dictam cancellariā regentis manu subscripte: vt est mores. Quicquid autem secus fieri contigerit nullius sit roboris vel momenti.

Ista regula disponit q̄ quilibet iudex in curia Romana stet cedule vel scripture duorum abbreviatorum de parco maiori super tenore cuiuscūq̄ regule et retro eam signantū q̄ danda sit illa regula z subscripta manu duorum abbreviatorum etiā de minori parco quod est auscultata et subscripta a vicecancellario vel a regente cancellariā alias quicquid contrariū factū fuerit sit nullum. hoc dicit et ratio decidēdi fuit hic expressa: quia aliquādo mutatur regula cancellarie pro varietate tēporū zc. c. non debet. de affi. z cōsang. ideo videt q̄ legitime sit q̄ hic decidit. Et rō dubitādū fuit: q̄ satis erat q̄ in p̄sentia p̄ncipis haberet illa regula inter alias regulas cācellarie. ideo nō deberet fieri fides de ea. q̄ ex quo reperitur alia regula p̄sumit eē de reglis. sicut q̄ dubitat an se decreta aliq̄ sit decretalis si repiat inter alias p̄sumit decretalis lis.

Decretalis repta in volume de decretalis p̄sumitur esse decretalis si repta inter alias p̄sumit decretalis lis.

Algeſima ſexta regula can.

Judicare non debet iudex niſi ſim bullam expedita.

Regula cęcellarie ſemel producta in vna cauſa facit fidem in alijs cauſis.

Qualiter regula cancellarie a poſtolicę poſſit fidei facere in partibus.

Sicut monialis preſumitur reperta inter alias moniales. vt dicit glo. notabilis in ſumma. xij. diſt. et ſic videbat de regulis. Sed ſciendũ q̄ quedam regule ponuntur ad iudicandum bullas et ille non ſunt dande in iure. q̄ iudex non debet iudicare niſi ſim bullam iam expedita. et alie regule ponuntur ad terrorẽ pro expurſandis pecunijs. videlicet q̄ infra ſex meſes expediãtur bulle alias q̄ non valent ſignatura. et ſimiles regule non ſunt dande. alie concernunt merum iudicium. vt ſupra regula proxima et regula infra proxima. et tales ſunt dande et de iſtis loquitur iſta regula et practicatur hodie ſic quãdo vnus indiget regula facta et ſupplicacione et dat vicecęcellario et legitur ſi eſt danda et tunc ponit p̄hemũ regularũ et vna alia regula prima et poſtea ponitur illa que petitur et deinde publicatio regularum etc. Et ideo ponitur p̄hemũ et alia regula. vt videatur an ſit de regulis. ex quo inter alias reperitur: vt dixi. Sed ſi eſt talis regula iam producta corã vno iudice et poſtea eſt registrata notarius illius producit eam in alia cauſa ſua ſi dederis ſibi duos carlinos et ſemp facit fidem quia iam ſemel eſt facta cęſi huic regule etc. Et q̄ hic dicitur q̄ iudex ſket cedule etc. in modũ de quo hic dicit an ſit de neceſſitate q̄d hic dicitur: quia videtur hoc relinquendum arbitrio iudicis. et certe dico q̄ ſi aliter fieret non valeret: vt hic dicitur. nam quãdo aliquod verbum q̄d non inducit neceſſitatẽ ponitur in materia dante regulã vel certam formã tunc importat neceſſitatẽ. vt dicit Bal. in l. galina. in. ii. col. ff. de liberj et poſt. et allegat glo. ibi. ex quo inferitur q̄ ſi ſtatũ dicat q̄ iudex poteſt inquirere de certis criminibus etc. q̄ tenetur inquirere et ſua auctoritate iudicabit per predicta. Item circa hanc regulã ſepe dubitant quõ poſſet vnũ habere regulas cęcellarie ad partes vt ibi faciãt fidem in iudicis. et certe a cõtrario ſenſu huius regule videtur q̄ nullus etiã in partibus poteſt iudicare ſim regulas cancellarie ex quo non ſunt ſignate oportet habere mandati pape ſpeciale circa hoc dirigendũ vicecęcellario q̄ ipſe videret eaſdem regulas dandas et traſmitteret ſub plumbo ad partes: quia iſta regula nõ dat poteſtatẽ illi de parco vel vicecęcellario niſi hic tñ ideo nõ eſſet magnũ tenere q̄ ſententia lata in partibus vigore regule cancellarie quãtumcuq̄ note eſſet nulla per predicta. iuncta iſta regula. et interrogavi aliquos abbates et monachos ductũ de hac queſtione et quia non habebant in ſuo repositoio vel formulario minutarũ neſcuerunt michi reſpondere ſed credo q̄d dixi. Uidi tamẽ regulã cancellarie dari

ſub plumbo videlicet illam in qua papa renouat litteras gracie vel iuſtitie ſui predeceſſoris que eſt. viij. l. abſq̄ commiſſione pape ſicut iſta regula loquitur in curia: et cõſtit. xxxv. carlinos ſed ſatis eſt tollerantia pape in hoc facit q̄d dicit Bar. in l. cum prolati. ff. de re iudi. referendo ibi Jo. and. in. c. q̄ tranſatione. de offi. le. ſed tunc eſſet dubiũ an illa faceret fidem in alijs cauſis: et credo q̄ ſic per p̄hemũ regularũ et p̄ea que ibi dixi. Verum cogitandũ tamẽ eſſet tamen hoc crederem verũ quãdo eſſet vna regula inuſitata que cõmuniter non haberetur etiam in partibus alias ſi cõmuniter ab alijs haberetur et teſtes maxime curiales dicunt q̄ viderunt eam practicari: et ſic ſim eam ſententiari credo q̄ in partibus valeret ſententia. ar. huius regule ibi faciliter p̄ eos qui in Ro. curia etc. et ibi in ipſa curia etc. et ad hoc faciunt notata in. c. paſtoralis. de fide iſtru. et in l. cum prolati. ff. de re iudi. per Bar. Et ſi dicatur in partibus q̄ non eſt data in curia ei qui dicit incumbit onus p̄ bandi. l. h. ff. de p̄ba. maxime cum reperitur inter alias p̄ predicta preſertim hoc tempore: q̄ ſunt impreſſe regule in preſentia principis in cuius preſentia non preſumitur aliquõ fraudulenter accõ. ar. l. oſm. C. de reſta. Et p̄dero iſta regulam q̄ etiã loquitur de alijs cõſtitutionibus extrauagãtibus. et ideo quo ad extrauagãtes crederẽ diſtinguendũ prout tertius et glo. et doctores dicunt in. c. paſtoralis. de fide iſtru. et Barto. in l. cum prolati. ff. de re iudi. et Bal. in l. leges ſacratiffime. C. de legibus. in l. omnes populi. p̄ Bar. ff. de iuſti. et iu. quod etiã ſi nõ ſit incorporata vel bullata: ſi tamen eſt notoria q̄ ſententia lata cõtra eam eſſet nulla: vt in extrauagã. execrabilis. ponit Abb. exemplum vt ſupra alias deberet papa cõſili de quo me remitto ad predicta loca: tamen in curia oporteret quod fieret in forma hic inſerta producta corã iudice etiã extrauagan. q̄ de facili poteſt haberi reſcurſus ad cancellariã: vt vult p̄hemium hic alias non valeret ſententia: vt hic dicitur et ſupra etiam dixi. Item ponderandũ eſt verbum hic regulis et cõſtitutionibus etc. Ex quo videtur arguendũ q̄ cũ papa mortuo: etiam regule ſue dicuntur mortue: vt in prohibetio regularum q̄ etiã ſi vnus indigeat tẽpore huius pontificis vna regula cancellarie de tẽpore Sixti vel Pauli q̄ non haberet locum q̄ hic dicitur: q̄ iam non eſt regula ex quo mortuus eſt papa vt dixi: tñ in hoc diſtinguendũ arbitror. q̄ ſi cauſa pendebat tẽpore Pauli que p̄t̄ decidi per vnã regulã Pauli. tunc quo ad illã cauſam illa regula ſemp videtur. ideo p̄t̄ allegari et produci ſine metu falſitatis. vt dicit Bal. in l. ff. de falſis. et Jo. de imol. hoc tenet iſtiſſime

Papa mortuo an regule ſue dicantur mortue.

In. c. l. de consti. et allegat. aut. vt. c. de ap. cognoscitur. col. viij. in pn. z. s. i. et sic debet et hodie fieri in curia p cancella-  
 riam. sed ego vidi sup vna regula Calix. hic valde alterca-  
 ri: z sine noua commissione pape p placet nunq̄ potuit habe-  
 ri. et rō est. q̄ est mortua vt dixi. Sed certe male fit ex quo  
 illa lex quo ad casus p̄teritos nō est mortua p̄ p̄dicta. Sed  
 aliter dñs vltimū fuit. Whatio th. T. R. habuit vnā cōmis-  
 sionē in fauorē scolasticū bogeti. circa hoc et bene: z sic ne-  
 scio nunc quō fieret z hoc p̄ nunc et nō curo inferre hic qui  
 dicant abbreviatores de parco maiori et de minori. ¶ Et  
 sciendū q̄ parcus. ci. vel parci. ci. est tēperamētū. vñ dicit  
 Salustius in cathelinario q̄ Romani in sacrificijs deorum  
 erāt magnifici z dñi parci. id est tēperati. et sic debēt esse  
 illi qui iudicāt bullas tēperati quo ad iudiciū vt non exces-  
 sāt metas sup. z regulā zc. et sic infero q̄ male dicit̄ par-  
 cus: id est auarus a vulgo. q̄ parcus d̄ tēperatus. z auar-  
 us est qui tenet tenenda z non tenēda. vt dicit glo. in. c. ex  
 parte. de p̄sue. que ponit diffinitionē auari et p̄digi z lar-  
 gi melius q̄ viderim de iure canonico: sed nō ponit de par-  
 co. dico hec sub correctione. D. T. R. vñ si non obmittit  
 hic notare: q̄ tenor constitutionis siue regule p̄t̄ p̄bari p̄  
 testes. et hoc clare dicit p̄hemisū huius regule. z licet 30.  
 and. in mercurialibus in regula nemo p̄t̄. videt̄ dicere cō-  
 trariū. in de iure hoc cōter tenetur et hoc sufficiat ad hoc  
 deci. rote. c. l. iij. que incipit 3e q̄ cōstitutio siue status.

Unde dicitur parca.

Tenor regule cancelarie p̄t̄ p̄bari per testes.

Sequitur. xxvij. regula.

**U**tem idem dominus noster litū suc-  
 cindere cupiens anfractus/et ne no-  
 ui collitigantibus aduersarij dentur  
 prouidere voluit: statuit/z ordinauit:  
 q̄ quotiens deinceps aliquem super quouis be-  
 neficio ecclesiastico collitigātem in iure/ vel ad  
 ius si quod forsitā eius aduersario in dicto bene-  
 ficio competierit subrogari cōcesserit dum modo  
 p̄fatus collitigans in dicto beneficio intrusus  
 non sit: nec super eo contra dictum aduersarium  
 postq̄ illud per triennis pacifice possederit: lis  
 tunc mota fuerit aliorum quorūlibet de premis-  
 so iure/ siue si tunc vacet: vel tunc vacauerit im-  
 petrationes infra mensem ante concessionē hu-  
 iusmodi facte nullius sint roboris vel momenti

**I**sta regula fin qd omnes intelligunt dicit qd si lite  
 pendente moriat collitigans vel alias vacet ius vel  
 beneficiū per collitigantē q̄ infra mensem p̄d̄ sub-  
 rogari collitigans. et si alius subroget q̄ non valet subro-  
 gatio infra mēsem nisi collitigans qui petit subrogationē  
 fuerit intrusus: vel mota sit lis cōtra possessorē postq̄ triē-  
 nio pacifice possiderit. hoc dicit fin q̄ omnes curiales etiā  
 doctissimi viri intelligunt. sed salua gratia omnium ista re-  
 gula non dicit hoc. sed prout semp̄ intellexi sic licet ponam  
 manū ad calamū intelligo q̄ si duo litigāt sup beneficio: z  
 vnus ipsoꝝ cedit vel deccedit lite pendente. q̄ si vnus alius  
 certius quomōcūq̄ perat se subrogari z sit prior in data. si  
 tamen alius collitigās infra mēsem post impetrationem  
 illius tertij petat se subrogari q̄ valet impetratio colliti-  
 gātis z non alterius tertij. et hoc fundat clare ista regula  
 in fine iuncto principio. Et pono exemplū. si duo litigabāt z  
 alter mortuus est et tertius post annū petat se subrogari  
 et fuit subrogatus qd si post impetrationē suam infra mē-  
 sem a tpe impetrationis tertij collitigās subrogetur illa  
 subrogatio valet z nō illius tertij qui est prior in data. z nō  
 debet intelligi q̄ bz collitigās subrogari infra mēsem a tē-  
 pore mortis collitigātis: q̄ hoc nō dicit regula: sed indist-  
 cre loquit̄ ibi ante concessionē hmoi zc. Et quo verbo noto  
 michi q̄ si collitigās moriat̄ vel cedat. et tertius subroget̄  
 infra mensem a tpe cessionis vel decessus: ac postea infra  
 mēsam non subroget̄ collitigans q̄ valet subrogatio illius  
 tertij per hoc verbum ante concessionem zc. Et ratio huius  
 regule fuit equa vt in principio dicitur. tamē hodie trahit̄  
 tur ad iniquitatem: quia hodie multi mouent litem cōtra  
 aliquos antiquos vel forte promouēdos in breui propter  
 hanc regulā. qui tñ ius habent in principali sicut turcis.  
 et tamen subrogantur hodie z habēt victorias per fas vel  
 nefas. tamen papa non est in culpa et potest dicere ab-  
 sit q̄ ea que propter bonū finem faciamus ab alijs in ma-  
 lum finem trahantur: et nobis imputentur. c. de occiden-  
 dis. xxiij q. v. tamen deberet prouidere q̄ ex coniecturis  
 iudicaretur in similibus fraus: et non haberet locum re-  
 gula ista sicut in vna causa que pendet nūc in rota de his-  
 pania contra vnum doctissimum virum in iure dūmo. Et  
 ad hoc vt tollantur aliqua dubia que quotidie oriuntur in  
 curia super ista regula maxime apud curiosos p̄suppo-  
 nendū est. q̄ de iure quādo mori vnus ex collitigantibus:  
 tunc non potest fieri collatio vel p̄uisio illius b̄ficii alteri  
 quousq̄ finita p̄ma lis: aliter non valet. c. l. z. si vt lite pen-  
 dente. lib. v. c. de. s. si p̄o. eo. ii. Et quo sequit̄ q̄ cū in di-  
 c. l. iij.

Collitigās subrogari petit i locū mortui in- fra mēsem a tempore impetratio- nis tertij p̄ fert̄ ipi ter- tio.

Decretum dit popſ. nam decretum irritans cōprehendat papā ſi po  
irritans cō nitur in iure vel alias quo ad ordinariā poteſtate. calus  
prehendit eſt. et ibi no. Domi. in. c. quodā. de prebē. li. vi. ergo ſequit̄  
pap. ſi po collatio vel puſſio pape etiā tūc nō valerēt per dicunt  
natur in iu c. ſi iuncto. ſ. ſi vero dicte cle. ſ. i. iuncto dicto. c. quoddam.  
re. et ſic videretur q̄ ſubrogatio tertij nō valerēt quod fate  
or eſſe verū. niſi fieret mentio de lite/ quia ſic videtur pa  
pa facere ex certa ſciētia ſubrogationē. 2 ex plenitudine  
poteſtatis valer talis collatio ſive puſſio pape facta men  
tione de lite. et iſte eſt caſus in. d. cle. ſ. ſi. v. lite pēdente. 2  
ideo ſubrogatio facta per papā facta mētionē litis valet.  
et per nō obſt. tollitur illud ius cōmune. tamen p̄pter hoc  
venit iſta regula dices. q̄ licet valeat ſubrogatio ne funde  
tur nouus colligator m̄dat q̄ infra menſem poſt ſubro  
gationē alterius preferatur colligās. 2 ſic intelligit̄ iſta  
regula. Diceret̄ in aliquis. nūquid per ceſſum vel de ceſſis  
colligās exiungitur lis. dico q̄ nō: quoniam ſupſtea po  
teſt. proſequi litē ſi vult. vt in dictis. c. 2 in. d. cle. ſ. ſi vero.  
ideo ſi aliqua impetraret de nouo dicit̄ impetrare lite pen  
dente per predicta. ideo dicit̄ de ceſſo rote. cccv. que inci  
pit. Item ſi lite pendere in curia q̄ non finitur lis: niſi per  
ſententiā 2 non per m̄orem colligantis vel ceſſum. 2 ita  
tenet ſi illis ignorantium in curia. ſed ſalua gratia tanto  
rum dñorum credo q̄ neſciāt quid dicāt. quia hoc non ſum  
datur iure: immo contrariū eſt de iure cōmuni. 2 de hoc al  
lego tex. in dicta cle. ſ. in primo reſpō. vbi dicitur q̄ ſi litigā  
tes in curia mouātur ambo q̄ ad ſedē apoſtolicam perti  
net collatio. 2 in partibus ad ordinariū 2c. ergo ſequit̄ q̄  
per mortē colliganti ſine ſententiā vacat beneficij. Item  
finitur per tranſactionē. et per iuramentū: 2 per renuncia  
tionē litis 2c. c. ſi de litis cont. li. vi. et. l. poſtq̄. liti. C. de pa.  
Et ne facēs laudem alienā. quia eſſem ſimilis furi. vt dicit  
Bal. in preiudis feudorū. allego Jo. de milis in. ſ. lis finit̄.  
vbi notāter dicit hoc. tamē auditores vt trahāt aliquam  
ad curiā Romanam propter pōpam. credo ex tacito iuſſu  
maiorum tenēt illā deſiōnē pro euāgelio et tam in cauſa  
mea propriis allegant in qua aduerſarius renſiciauerat  
iuri liti 2 cauſe: et ſtetit per ſeptē annos et nichil michi fe  
cit quādo vidit me abſentem proſecutus fuit per audiens  
tiā contradictarij: et habuit ſententiā contra me et fecit  
me exponere. ccc. ducatos. propter aliā deſiōnē iſdem  
vigore cōmiſſionis feci eā reuocari. ſed tamen ſi predicta  
recte intelligātur alio modo loquit̄ deſiō iam dicta: pu  
ta quando apparet q̄ papa ſubrogat aliū tertij ad pro  
ſecutionē prime litis in eodē ſtatu cauſe 2c. et non appa  
ret q̄ ſuperſtes deſtitit a lite. Quia ſi aliter appareret:  
tunc non diceretur lis pendere. vt vult dicta deſiō in  
prim. 2 allegat glo. nota. in dicta cle. ſ. ſi vero. in verbo. p  
ſequeret̄. que dicit q̄ ſi ſuperſtes non proſequit̄ litē non di  
citur lis pēdere. 2 debet intelligi illa glo. quando apparet  
ex contexturis q̄ nō vult proſequi. pura quia renunciauit  
liti per dictā. l. poſtq̄. liti. vel per alias cōiecturas: q̄ ipſo  
facto oſtēdimus volūtatē noſtrā ſine verbis. ſufficiat tex.  
cum glo. in. c. nō ſolu. xi. q. iſſ. et in. c. que progenitores. xi.  
q. i. 2 alia iura que allegat. 2 bene Jo. de milis in verſi. ſi  
nitur in parte litis pendētis. 2 licet alias ridiculū eſſet q̄ ſi  
quis nō proſequeretur litē quod propterea videretur re  
nunciare liti maxime de iure canonico quo nō perit inſta  
tia. c. venerabilia. de iudi. vt dicit Xdilis. 2 ſic loquit̄ etiam  
dicta deſiō dices: q̄ ſi actor mortuo reo capit poſſeſſionē  
ſua auctoritate videt̄ habere animū non p̄lequēdi. l. po  
ſtea vadat variādo. 2 ſic predicta faciūt cōtraſtitū ignorā  
tiſi qui dicit̄ indiſtincte q̄ ſententiā ſolā finit̄ lis in cu  
ria: q̄ hoc eſt de ſtatutis rote. nā in aliquibus deci. dicit̄ q̄  
ſtatuerunt 2 ordinauerunt dñi de rota. Et mirāduz eſt de  
eis. nam auditores nec alijs in curia in p̄ſentia pape non  
habent ius ſtatuedi: nec h̄bit ordinariā potēſta tē plenā. vt  
ait glo. in. cle. auditor de reſcrip. 2 an ſubrogatus in iure  
et ad ius videtur ſubrogat⁹ quo ad poſſeſſionem illa deci.  
ccccii. hoc plene dicit. Sed veritas eſt q̄ ſi fiat mētio poſ  
ſeſſionis ſic alias ſecus. vt dicit̄ deſiō. lx. que incipit. Item  
ſubrogatus in litē. Et illud quod dixi q̄ impetratio facta  
lite pendente non facta mentione de lite nō valet hoc ve  
ri ſi quādo impetratio eſt facta de iure colliganti alicuius  
ſecus ſi de iure alteri⁹ nō litigantis. hoc dixit̄ expreſſe Old.  
con. cccix. quod incipit quidē hugo. qd poſui in titulo vt. li  
te pendere. ſed q̄ hodie in impetrationibus factis i curia  
in quibus ponuntur clauſule vel alio quouis mō ex ipſius  
vel alteri⁹ cuiuſcumq̄ p̄ſona 2c. arbitror q̄ raro p̄deſſet  
dicti cōſilium in curia ſed in partibus ſic quo ad ordina  
rios. Item ad illud quod dixi ſupius q̄ non cenſetur lis ex  
ſtincta p̄ non p̄ſecutionem litis 2c. ego dicebam 2 p̄ lapſum  
triennij videt̄ quis nō habere aim litigādi. et allegat̄ re  
gulam primam de triēnali poſſeſſorib⁹ antiquas lites pe  
nitus extingendo 2c. tamen hoc non fuit receptum in ro  
ta que tenet q̄ etiam per mille annos dicitur lis pende  
re in curia ſi non ſententietur fateor tamen q̄ ſi renunciā  
tio litis fieret coram auditore amplius ipſe ſe non poſſet  
intromittere quia tunc etiāz rota teneret quod diceretur

Nota.

lis mota ſu  
per benefi  
cio non fini  
tur p̄ mor  
tē colligā  
tis ſed per  
ſententiā.

Voluntas  
hōis oſten  
ditur facta  
ſine verbis

Auditores  
rote ſi p̄t  
ſtatuerē.

Per lapſus  
triennij vi  
detur quis  
habere aim  
litigādi

uent quo ad expeditionem cause: prout supra dicit &c. sic  
intelligit totus mūdus istam literas. & pro hoc intellectus  
facit litera sequens que dicit q̄ istud beneficiū non cense  
tur litigiosum: id est post lapsum dictionum terminorum: &  
sic per sequētia declaratur precedēs. c. peruenit. xvij. di.  
& dicta. l. si. de vino critic. & oleo. l. cū concordā r̄sis. & alle  
gar glo. ibi. sed ego dubito quid sonāt ista verba. Nam si  
impetratio sit nulla cui inde secutus quid est hoc dicere q̄  
non veniat alius modus q̄ expressus &c. et certe non esse  
valde iniquum dicere quod etiam si velit iste impetrans  
prosequi infra tempus debitum non veniat alius modus  
vacationis: nisi expressus. q. d. etiā si dica t̄ in bulla vel ali  
quomodo modo &c. tamē nō venit alius modus q̄ expressus  
etiam in gratia si neutri siue. psequatur iste impetrans si  
ue non. et hoc apparet per dictionē nec tibi positam. vt est  
glo. notabilis iuncto textu in. l. in lege cornelia. ff. ad. l. cor  
neliā. de sca. Sed quia totus mūdus aliter intelligit. no  
lo ego esse Martinus legū qui semper erat solus in opinio  
nibus suis. & hoc per. l. minime. ff. de legibus. vel potest in  
telligi q̄ etiā sit restitutus ad prosequēdum causam ex dis  
pensatione &c. per hoc facit glo. si. iuncto tex. in. c. licet episc  
opus de preben. li. vi. cōtra. l. apud iulianum. §. constat. ff.  
de legatis. i. Sed intelligendo. put cōmuniter intelligitur  
vult dicere iste. §. q̄ per viā si neutri. etiā vltra terminos  
predictos debet iste admitti ex primo modo expresso & nō  
aliter. & idem in via surrogationis post anni verbi gra  
tia ego impetravi beneficiū tuum: quia eras hereticus &  
nō fui profectus infra annum: t̄c impetratio mea est nul  
la. vt hic. h̄ si cōtingat te mori vel pmoueri nō debeo sur  
rogari nisi ex iure priorū quod expressi. idem est in gratia  
si neutri dicendo q̄ nec mihi nec tibi competit ius &c. tunc  
venit primus modus vacādi: & etiā si docuero q̄ ex alio  
modo vacandi non competit ius: & hoc vult dicere iste si  
nis. tamen verbum etiam hic positum facit in cōtrarium  
sed secundū h̄c intellectū hoc habet verū de gra si neutri  
impetrata anteq̄ labat terminus. vt hic vult te. & c. si  
gra si neutri impetret post lapsum t̄pis hic statuti: q̄ iam

Martinus  
erat solus  
suis opinio  
nibus.

non valet talis gratia. ex quo beneficium non est litigiosum. & hoc est quod vult iste versiculus. nam gratia si neutri non habet locum nisi quando beneficium est litigiosum vt ex forma eius apparet: quia mandatur iudici cause q̄ si reperit neutri litigiosum ius cōpetere &c. sed nullus erat litigiosus: quia lis erat extincta &c. Tamen cautella contra h̄c regulam potest esse duplex. prima: q̄ impetrans si non potest finire causam pro se infra primum annum. et postea habere sententiam contra se infra primum annum. et postea profectus durabilis in perpetuum. vt hic fundatur. iuncta decretali penultima de iudi. Item secunda cautella est: q̄ alius amicus impetratis iterum impetret pro se. et sic non habebit locum ista regula quo ad illam partem titulum. C. res inter alios acta. r. c. quis de re iudicata. et hec pro nunc. Hic tamen non obmittam vnum q̄. quam vidi praticari in curia. Si vnus possidet vnum beneficium curatum pacifice & per decennium vel alias & ademptus est aliud simile pacifice & sine dispensatione per aliquos menses. et sic est priuatus vtroq̄ per extranea. ex ecrabilis. vel primo t̄m per. c. de multa. de prebē. ego impetro primum anteq̄ labatur annus. an habeat locum ista regula. & rota sententiauit q̄ sic et pronunciauit Nucernus bonus pater. sed mihi videtur q̄ non: quia iste primus post q̄ vacauit primum non possedit per annum: ergo &c. & hoc fundo: quia ista lex semper loquitur. l. arriani. C. de here. sed hic dicitur tunc immediate: ergo &c. Item dicit deinceps. Item q̄ certo modo vacare p̄cedit: et per alia verba hic posita videtur q̄ cum vno constructo ponerentur debet intelligi vtriusq̄ verbum cum qualitatibus h̄c positis scilicet infra annum a tempore impetrationis. Item hic dicitur quod tunc vacare p̄cedit et per alia verba hic posita videtur: id est a tempore impetrationis &c. tenetur q̄ est infra. ad hoc facit doctrina Bart. in. l. talis scriptura. ff. de lega. i. et idem dico de heretico. sed aliter d̄s visum nescio si ille habuit vota dominorum vel voluerunt finiri. et in hac opinione fuit dominus Nicolaus de Castello qui mihi narrauit hanc causam.

Gratia si  
neutri quā  
do locus h̄s  
beat.

Cautella  
prima.

Cautella  
secunda.

Sequitur Tricesima tertia regula.



Tem statuit et ordinauit idem dominus noster: q̄ si quicunq̄ ecclesia sita beneficia qualiacunq̄ sint absq̄ symoniacō ingressu ex apostolica vel ordinaria collatione aut electione &



De possessione p  
heremij defen  
dentes possesso  
res

electionis huiusmodi confirmatione seu presen-  
tatione: et institutione illorum ad quos beneficio-  
rum huiusmodi collatio et prouisio: electio: pre-  
sentatio: seu quous alia dispositio pertinet p tri-  
ennium pacifice possederint: dummodo in benefi-  
cijs huiusmodi si dispositio apostolice ex alti-  
qua reservatione generalis in corpore iuris clausa  
reservata fuerint. se non intruierint super eisdem  
beneficijs taliter possessis nequeant molestari:  
nec non impetrationes quaslibet de beneficijs ip-  
sis sic possessis factas: irritas: et inanes censeri  
debere decreuit antiquas lites super illis motas  
penitus extinguendo.

Hec regula est notabilis et quotidie practicitatur et dis-  
cit q possides beneficii pacifice per triennium ex collatione  
illius ad que pertinet beneficii collatio et dummodo non  
habuerit ingressum simoniaco: vel beneficii non sit reser-  
uatum in iure q amplius super illo non possit molestari. et  
q impetrationes facte de illo beneficio tanq de vacanti  
sine nulle. et extinguit lites antiquas et hoc dicit. Sed qe  
sepe et sepius dubitant de cauda istius regule. videt mihi  
q alij minores me debeant dubitare. ideo. Primo dicas  
aliqua puerilia pro curialibus: qz csi de iure no potest ali-  
quod beneficijs obtineri sine canonica institutione. c. i. de  
reg. iur. li. vi. sequitur q etia si vnus habeat beneficii per  
mille annos: si tamē non habeat canonicū titulū sempot  
sum illud beneficii impetrari. tamē ista regula dicit cōtra-  
rium saltem post triennium. Secūdo dico q licet de iure  
canonico no perit instātia. c. penul. de iudi. tñ hic videtur  
q triēnio pereat instātia. et etiā ius principale. et antequā  
venis ad intellectū huius regule declarabo aliqua voca-  
bula: hic primo dicitur hic. Si qui quecūqz ecclesiastica be-  
neficijs ec. et dico q debeat intelligi de habilibus alias ad  
possidēdū: quia iura loquētia de personis intelligitur de  
idoneis. l. vt gradatim. ff. de mu. et hōi. e. c. eunuchus. l. v.  
di. et glo. in l. f. c. de sac. f. ec. ideo dico q si laicus possideret  
vel spurius vel mulier q no habet locū ista regula per pre-  
dicta. Et tibi absq simoniaco ingressu et. Et quo sequit  
q si vnus a principio habuit possessionē ex collatione ordi-  
narij alicuius beneficii reservati: et tandē lapsio aliquo tē-  
pore fuit visum q erat reservatum et cōmiste simoniā cum  
illo q impetrauerat. q etia tñ habet locū ista regula per

Peto pars.

Scba ps.

illud verbi hic possit: quia a principio no habuit ingressus  
simoniaco: ergo si postea habuit cū simoniā no pōt ampli-  
us impetrari. qz no est recedēdū a verbis cōstitutiōis etiā  
et prohibētis. ar. l. no aliter. ff. de leg. iij. l. de pto. ff. de pu-  
bli. et sic audio sententiā fuisse in rota. ita q post triennium  
fuit cassata impetratio facta ab alio tertio in hispania.  
Et hic dicit et electiōis huiusmodi cōfirmatiōe et. ex quo sequit  
q ista regula no haberet locū. si qz tñ ex electiōe sine cō-  
firmatione possideret. et idē diceret si sine pūssione vigore  
acceptatiōis possideret. vt. c. si. de cōcel. dōē li. vi. Et ratio  
est: qz p electionē no acqrit ius in re: sed ad rē. vt vult glo.  
no. in de. l. in verbo colla. vt lite pē. l. glo. in c. pto. l. xij. di.  
velit cōtrariū q sic tenet vt arbitro: in c. nobis. de iure  
pa. sed veritas est ista. q p cōfirmationē electiōis acqrit  
ius in bñficio electo: et appellatiōe electiōis simpliciter pro-  
late intelligit de cōfirmata vel de ea q reqrit cōfirmatiō-  
nē pprie sumpto vocabulo. vt dicit glo. in. in verbo electi  
ont. in de. qz cōringit. de reli. do. quā nor. ibi Card. et inferit  
ex ea vñ aliud bonū dicitū. sed si volumus tenere illud qd  
dicit abb. corrobora et per illud qd dicit Oldr. cōsi. cxi. qz  
positi in et. de elec. et de cōcel. pre. qd incipit factū est tale de-  
bet intelligi de elec. improprie sumpta q no recurrit cōfir-  
mationē sed statim electio pōt administrare. vt sit aliq pre-  
bē. electiue p capi. vt in eccle. yamoti et iste tales no sunt p-  
prie electiue p dicit glo. et per illud qd dicit ibi Car. l. v. de.  
qz cōringit. si in rota vidi sententiā p Anro. de grassio cō-  
trariū. sed ista est veritas: et ista dicit potius collatio q ele-  
ctio. et sic loquitur Oldr in dicto suo cōsilio. ex quo infero  
q in illis talibus bñficio etiā ex sola electione sine confir-  
matione habeat locū ista regula: qz illa electio habeatur p  
collatione: ergo et facit glo. in c. si possit. de elec. li. vi. et in  
c. i. de temp. or. c. i. Item inq̄tum ista regula dicit p trien-  
niū et. debet intelligi de triennio cōtinuo. itaqz si per vñ  
diē iustū infra et triennium non possidebat no habet locū p̄uic-  
leatū huius regule: qz dicitio n denotat cōtinuationē oīmo-  
diā. l. vrbana. §. pnoctare. ff. de. ver. sig. et ad hoc facit. l. si  
q ita. et est. l. iij. ff. de adi. insti. et qz ibi dicit Bal. qui dicit de  
dictione per iūcto t̄p̄i: q t̄p̄s cōtinuus esse significat. Et t̄  
inq̄tū hic de pacifice debet intelligi. i. si non fuit sibi mota  
lis. vt dicit glo. in. de. f. de sc̄f̄r. po. et fru. in verbo. ante. et  
non expono pacifice. i. iuridice. vt dicit glo. in. cs. placuit  
xvi. q. vi. et dicit. supra regula proxima. et sic practicitatur  
q licet quis possideat et habeat fructus: tamen si licet sit  
sibi mota non dicitur pacifice possidere. idem dico si non  
moueat sibi lites sed no possidet maiorem partē fructuū. sic

per electio-  
nem ad pla-  
curā non ac-  
qritur ius i  
re sed ad rē

Pacifica  
possessio qz  
licet intelli-  
gat non ad  
hanc regu-  
lam.

non dicitur pacifice possidere. vt vult glo. in. c. cōmissa. de elec. lib. vi. et aliqui doc. in. c. constitutus. si. de ap. inde dicit Bellamera in. d. de. q. si vnus molestatur super percipione fructus. tamen ipse possidet maiorem partem ipsorum. dicitur pacifice possidere: pro quo facit glo. in. d. c. cōmissa. et in hoc vt non dicatur pacifice possidere satis est q. fuit sibi lis nota p. vni. vel q. molestatur ab vno vt non percipiat maiorem partem fructus: etiā quo ad alios qui nō molestauerunt. ar. in naturaliter. ff. de vlcap. licet videatur contra. l. si. C. de rei ven. et facit pro et contra. vt dicitur Doct. maxime Anto. et Sicut. in. c. illud. de presump. de quo aliquid dixi supra regula proxima. Item inquantū hīc dicitur ex aliqua reservatione generali in corpore iuris clausa et. hic videtur q. aut cōpilatores huius regule. et etiam tempore Sixti et Pauli errauerunt aut ego sum bubulus. Nam. xxiij. annis volui et renouui ius canonicum et civile quoy xxiij. practicaui in curia: et legi hic quinq. et in precibus tribus: tamen nunq. reperi reservationē in corpore iuris clausam nisi vnicam tm: videlicet in vacatibus in curia. et hoc casu curia extenditur ad duas dietas. c. h. et ca. presenti. de preben. lib. vi. Sed si hoc esset verū: quare dicitur hic. ex aliqua reservatione et. Ideo credo quod sicut vnus fecit a principio: sic omnes alij secuti nunc sunt eum et sufficisset dicere dūmodo in curia non vacauerint. nisi velis dicere q. est alia reservatio in corpore iuris clausa. videlicet quando est beneficij deuolutum ad papā de quo lapsō tempore nullus se potest introrritere. et si cōferat nichil valet. c. licet. de sup. neg. pre. et glo. ibi. et in. c. h. de pces. pre. Item quādo ecclesia infertor est subiecta pape: q. tunc eius collatio pertinet pape. c. si. de renuncia. fm aliquos. sed iste non dicitur reservationes generales. sed quedā collatio particularis. nec cancellaria vtitur istis reservationibus. cogitandū tamen est q. licet beneficij sit deuolutum: tamē potest vniri per episcopum. vt in. c. si aut. de sup. ne. pre. fm fredo. de Senis suo consi. licet glo. et Domi. in. c. si tibi absent. de pben. lib. vi. dicitur contrariū. Item potest conferri per legatū. glo. in. de. si de beneficio. de pben. et in. c. f. de offi. le. lib. vi. Item per executorē. vt in. d. de. Item ca. si. de renuci. non facit ad casum: q. ibi pertinebat iure special. f. quia papa sibi concessit privilegij. tamen vnus magnus abbreviatio: dixit michi nullum casum pro singulari q. illa erat reservatio generalis. sed certe non est reservatio: sed collatio ordinaria. et ita dixit michi Nicolaus de Castello qui tenet opinionem illam q. non sit nisi vnicā reservatio: q. fuit error abbreviatorū. Item dicitur hic q.

reservatio generalis in corpore iuris clausa reperitur vnicā tantum.

de beneficijs taliter possessio nequeat molestari et c. Ex isto textu dicunt domini de rota viuentes nunc. q. ista regula tm defendit possidentē triēto pacifice a possessione tantū et non a proprietate. et ad hoc allegat glo. nota. in. c. continetur. de dolo et cōu. ex qua not. ibi Sicut. q. si quis possidet beneficij per. x. annos inter ptesentes q. amplius pōt se defendere a vero dño illius beneficij. licet ipse non efficiat beneficij tatus quo ad proprietatē. Item ad hoc allegatur dictū Inno. in. c. f. de offi. vica. et in. c. h. de sup. neg. pre. et allegauit michi hoc vnus auditor qui habebat de maioribus in iure canonico et civil: licet fuisset alias victosus. vocabatur Johannes ffrācis: et dixit michi q. habuit ista cōstitutio ortum a quadā cōstitutione facta in cōsilio Constanten. que fuit approbata in concilio Basilien. et sic voluit dñi de rota: q. ista regula nō det titulū. et sic sentētiarūt vlla diego de cōsilio dñorum auditorū suoy ptra Benedictū cubicularium pape de mense february. anno. lxxij. qui ceciderat a possessione cuiusdā monasterij. et ego tenebā q. ista regula daret titulū. et ad hoc allegabā. c. cura. de iure pa. vbi apparet q. etiā quo ad titulū videt quis habere ius si bona fide possidet. et hoc vult dicere glo. in. c. si possessiones. xvi. q. ij. ibi vel die et c. et ad hoc facit etiā glo. in dicto. c. cura. quam no. ibi Sicut. et optima glo. in. f. solutione. ad dī et si. c. cura. xvi. q. vii. in. c. si quis deinceps. Item ad pdicta allego. c. si a sede. de pben. lib. vi. vbi ceteris paribus etiā in bñficialibus possessio dat titulū. et facit qd dicit ibi Joh. de Imo. licet Domi. videat claudicare. Item ad hoc facit q. dicit Bal. et dicit esse singulare in. l. q.uis. C. si fideicomit. in. f. eo. vbi dicit q. ea que tendunt ad pditionē mādati tacentur includuntur. et hoc colligit ibi q. cum vnū concedit: videtur et aliud concedi qd sequit ad illud. et concordat. ff. de seruitt. vi. pre. l. seruittes. §. si domo. et ex hoc consilui in curia: q. si papa mādāt aliquid non molestari sup fructibus et possessione alicuius beneficij qd per hoc videt ad iudicasse sibi beneficium. et sic sentētiarūt rota in vna causa de vallada in Portugalia et pronūciauit Gaspar auditor: sed papa mādāt ipsam non molestari hic qui possedit triēnio: ergo videtur sibi bare ius percipiendi fructus. sed ius percipiendi licite fructus est ipse titulus: ergo et c. p. predictā legē ex quo sequitur q. si iste esset spoliatus posset petere restitutionē etiā si obiceretur sibi quod non habet titulū: q. ipse posset dicere. q. habet ex hac regula vt dixi. tamen ad hoc posset responderi q. quo ad possessionē bñficiali posset restitui. Sed tunc ego replicarē de. c. f. de eo qui mittit in po. lib. vi. et de hoc addo hic ea que dixi super ius in. xv. Et.

Possessio bñficii triēnalis defendit dñi possidentē: sed nō quo ad proprietatē.

Possessio bñficii ante titulū in bñficio.

regula in. iiij. prerogativa. et de cessionem huius dubii reser-  
 quo dicitis dominis: quia possit michi dici qd ista regula re-  
 quireret titulum precedentem: ergo r. dicerem ego qd etiam  
 si titulus esset invalidus. primus tamen hic validatur: ergo  
 sequitur qd est novus titulus. etiam quo ad iudicialia r quo  
 ad deum. quia licet confirmatio non faciat firmum nisi qd  
 alias est legitimum. tamen si papa faciat ex certa scientia:  
 tunc videtur illud quod nullum erat a principio facere firmum.  
 vt dicit gl'of. notabilis. in. c. placuit. in. fi. x. vi. q. vi. et  
 sic est in casu nostro: r sic credo verius: salua auctoritate  
 sedis apostolice. r D. T. R. Nam si contrarium esset verum  
 daretur materia spoliandi possessores r. Item in quibus  
 hic dicitur dummodo se non intruserint r. debet intelligi  
 isto modo: quia licet alias de iure non dicatur intrusus. etiam  
 qui per vim intrat possessione alicuius beneficii si alias ha-  
 bet titulum ad illud beneficii. tamen quando officium est re-  
 seruatum generaliter vt hic: licet habeat titulum censetur in-  
 trusus. facit quod not. Domini in. c. cum qui. de preb. li. vi.  
 vbi dicit qd habes canonicum titulum. etiam si violenter ingre-  
 diatur beneficii non dicitur intrusus: sed quando est benefi-  
 cium reservatum non censetur habere titulum: ergo r. Item in qua  
 tum hic irritatur impetrationes facte de dicitio beneficii  
 sic possessio: sequitur vnus intellectus ad verba sequentia  
 ibi antiquas lites penitus extinguentes r. et sic sensus qd si  
 vnus possiderit etiam ante istam regulam triennio aliquis  
 beneficii pacifice. et si post triennium vnus alius impetret  
 illud quod non valeat impetratio. r si postea fuerit mora  
 lis. etiam ante istam regulam qd extinguitur ista lis antiqua:  
 et isto modo potest intelligi ista regula: videlicet qd etiam  
 si impetratio sit facta ante triennium possessionem paci-  
 ficam qd nichil valeat: etiam qd extinguit lites antiquas su-  
 per hoc. Sed certe super hoc vltimo ego semper dubitavi  
 quid vult dicere antiquas lites penitus extinguendo r.  
 et consilium doctores doctos: et ipsi intelligebant prout ego  
 intellegi. et ego sic intellego videlicet qd si vnus possidet  
 vnum beneficium et tu citas eum super eodem beneficio.  
 et tamen ipse postea percepit fructus pacifice per trien-  
 nium: et tu per totum triennium nichil facis contra eum qd  
 intelligatur il qua mora ante triennium: quia illam extinguit papa. et  
 hoc vult dicere aperte ista littera et qd hoc sit verum hoc  
 antiquas lites fundo. quia quando tu non prosequeris litem per te mo-  
 extinguen- tam videris habere eam pro derelicta. et ideo non dicitur  
 do in regu- tam litem pendere. vt dicit gl'ofa notabilis in verbo prosequa-  
 la positum. tur in clem. i. vt litem pendente. et illam allegat de ci. rose.

Confirmatio pape in beneficiis talibus nullus operatur.

Quando beneficiarius quis intrusus in beneficio.

Qualiter ipse dicitur pacifice possidere non obstante illa litem antea relligatur il qua mora ante triennium: quia illam extinguit papa. et hoc vult dicere aperte ista littera et qd hoc sit verum hoc antiquas lites fundo. quia quando tu non prosequeris litem per te mo- extinguen- tam videris habere eam pro derelicta. et ideo non dicitur do in regu- tam litem pendere. vt dicit gl'ofa notabilis in verbo prosequa- la positum. tur in clem. i. vt litem pendente. et illam allegat de ci. rose.

cccc. que incipit. et si litem pendente. et tamen illa eadem de-  
 cilio dicit qd nunquam finitur in curia nisi per sententiam.  
 ideo rota praticat hodie contra istum intellectum meum propter  
 illam de cessione. etiam si dixerit per mille annos. sed supra in  
 xvij. regula. de prerogativa dixi contra illam de cessione. r alie  
 legam dictam de. i. r. c. i. de lit. cote. li. vi. r alia iura: r edolan-  
 do hic patet ibi dixi. r illa glo. debet intelligi qd vnus renun-  
 ciat litem. qd quo ad eum non dicitur pendere. l. postquam liti. C. de  
 pac. vel alias ex coiectionis appareret qd non vult piequi qd  
 relinquat arbitrio iudicantis. vt no. glo. in. l. iulianus. §. i.  
 ff. ex quibus causis. in po. catur. r fac. c. non solum. xi. q. iij. r. c.  
 que pgenitores. xx. q. i. r. c. dilecti de ap. r ista praescriptio est  
 propter istud triennium qd dicit ista regula. puta sit infra trien-  
 nium non fuit citatus ad aliquem actum. et etiam loquitur ista regu-  
 la quo ad causas futuras post regulam p. l. leges. C. de legi.  
 r ad causas preteritas p. huius possederit hic possidet post reser-  
 ferri ad preteritum subunctum. r ad futurum tunc glo. in. c. si de  
 isti lib. vi. r. c. i. de cle. no. res. li. vi. et quicquid loquitur. l. ar-  
 riani. C. de here. sequitur qd etiam potest dici antiqua lites etiam  
 post regulam. Et dicitur pacifice possidere iste ante triennium  
 citatus. sed infra triennium non per istam regulam si habuit fructus  
 pacifice. et quod dico hic refero ad regulam. xxvi. supra lo-  
 quentem de arrogatione: et illud quod dixi ibi refero hic  
 causa breuiter. r sic pro isto intellectus meo vidi qd An-  
 thony. de casarellis maximo aduocatus tenuit r consilium ee  
 allegauit no. per Sal. in. l. si sic. §. i. ff. de lega. i. r in. l. i. iij.  
 ff. de. ac. empt. r ven. rota. tamen prosequendo stilum suum  
 tenet contrarium: quia in casu meo allegauit hoc et non  
 profuit. Ideo est hodie inter curiales qd si citas vnum sem-  
 per in qualibet anno factas aliquem actum vel saltem infra  
 triennium. et sic sit hodie. et ex predictis tollitur vnus du-  
 bium curiosorum. qd si vnus tempore Sixti possedit duobus  
 annis r vndecim mensibus pacifice. et tempore Innocen-  
 tij alio mense postquam facta est ista regula vel ante: qd sit  
 tutus. licet regula Sixti sit mortua tamen quia ista referuntur  
 ad preterita. etiam ista regula tuetur eum vsq. dixi. Item ista  
 regula possit habere locum in impetratione facta post pacifi-  
 cam possessionem triennale. siue in forma iuris siue per vaca-  
 tionem ipso facto de commissis ante triennium: ex quo in  
 distincte loquitur tamen melius est dicere de secundo mo-  
 do et non in forma iuris: quia tunc non esset causa benefi-  
 cialia. vt dicit gl'ofa. in. c. si. vt litem pendente. libro sexto.  
 vidi tamen dubitari si vnus possidet beneficium sex annis: ego  
 impetror illud: quia non soluit mediam annata tamen: secun-  
 dum bullam p. i. est prima ipso facto. et ex primo per quos  
 S. q.

Citatione facta debet quilibet anno renouari p aliquem actum.

annos possederit s'm regulam supra proxima: tamen non  
 peto derogari huic regule an potest postea michi opponi  
 de hac regula: et crederem q non, quia papa videtur eas  
 cite ibi derogare. ar. c. f. de consti. lib. vi. 2 eo q notans  
 tur: maxime per Bar. in. l. si quis. in prin. testam. ff. de  
 lega. ii. 2 p doc. in. c. f. de excel. pie. ll. vi. maxime quia non  
 est ibi clausula derogatoria. tamen ad cautela semp ponit  
 tur in supplicatione: 2 csi derogatione 2c. Et per hoc infero  
 q hec regula habeat locum in p'tuato ipso iure. vel per  
 sententia ar. l. in rebu. s. f. cum. l. sed si manente que se  
 quitur. ff. de precar. Et credo q habeat locum ista regula  
 la etia contra iudice. ar. c. coquerete. de resti. spo. 2 ad p'di  
 eta facit quia iste etia si careat titulo: si non dicitur intru  
 sus. ex quo cotinuatam primam possessionem quam habeat  
 per dicta iura. et hoc vult ista regula considerans initium  
 ingressus. 2 facit. c. cum qui. in prin. 2 quod ibi notat D. ff.  
 de p'de. lib. vi. maxime q ista regula non dat titulum s'm  
 dominos de re. sed tantu defendit possessore. et sic respō  
 deo ad. c. f. de regu. iur. lib. vi. que dicit q nemo potest benefi  
 cium obrinere sine institutione. sed non dicit q non possit  
 possidere. facit qd dicit Abbas in. c. in litteris. de resti. spo.  
 Sed tenendo intellectu que tenet rota: nescio quid est dice  
 re s'm dominos auditores antiquas lites penit? extingue  
 do licet interrogaverim aliquos ex eis: transeat tamē cō  
 alis suis statutis: 2 hec pronunc. et si aliquis dixerit anti  
 quas lites que duraverunt p decē annos ante illud trienn  
 nium vt in simili dicit glo. in de. f. de rebu. eccle. 2 in l. f. ff.  
 si ager vecti. vel emphi. pe. dico q ista regula est vna tru  
 sa. qz tunc etia obstat dicta decisio rote que dicit q nō  
 extinguntur lra nisi per sententia in curia. et intantum ali  
 qui volunt iudicare in illa deci. q etiam si viderint clare  
 istam regulam finire lites: tñ potius volunt stare decisioni  
 rote q deci. pape. et ideo videtur sibi q esset dicere cōtra  
 euangelii. boni tamē doctores contrarij credunt. Et in  
 telligunt aliqui alij antiquas lites. s. cum antecessore: secus  
 cum isto novo possessore. ita dixit michi Jacobus de Rizo  
 nibus abbreviator de parco maiori bonus iurista. sed ni  
 hil allegavit. ideo 2c. sed qz ex quo iste desit possidere lic  
 te pen. presumitur q successor sit dolosus et intrusus. ar. c.  
 quia. v. de iudic. 2 c. sepe. de resti. spo. 2 c. f. de ali. mu. tu.  
 2 c. significavit. de rescrip. Et ille qui desit dolo possidere  
 lre pen. potest semp conveniri. 2 sententia lata contra eum  
 iudicaret successor per p'dicta iura 2 p multa alia. et sic  
 praticatur. Item postea consului dñm Nicolaum de castello:  
 et respōdit michi q nesciebat intelligere aliter q ego hic

Beneficij  
 ecclesiasti  
 cum potest  
 quis defen  
 dere etiam  
 sine institu  
 tione cano  
 mica.

Qui dolo  
 desit possi  
 dere lre pe  
 dete potest  
 semper con  
 veniri.

dico. et remitte me ad dñm Antonium de eugulo antiqui p. **Exceptio**  
 curatores qui dixit michi q in hoc ipse habuit sententia cō firmat res  
 tra se sicut ego in causa mea. et q ista regula nō est in hoc **gulam vt**  
 intelligibilis: 2 q illi qui composuerunt etia non intellegerunt. et q deberet vocari advocari 2 procuratores 2 audie  
 tores quādo cōponuntur regule: tamē nolunt maiores 2c. **Excoicatio**  
 ideo dico ex quo obscure loquitur ista regula in hoc perin **potest pos**  
 de habeatur atqz si non fuisset condita. l. de etate. s. nichil. **stidere bene**  
 ff. de interrog. acti. ego tamen sic intelligo sicut dixi. tamē **ficiam.**  
 nota contrarij praticatur. puto tamen ppter progatiam cu  
 rie q saluetur dicta decisio/saltem in lite pen. in curia. **Excoimū**  
 non finitur lra nisi p sententia vt dicit deci. p'dicta vt lu  
 erentur notarij 2 copiste 2 meretrices. sed extra curia ad **cat? si spo**  
 minus servaretur illud quod dixi ex quo omnes litterati **licetur bene**  
 sic intelligunt. sed non servatur nisi indistincte 2 male 2c. **ficio nō res**  
 stituitur.  
**Ultimo dico ponderanda hec verba istius regule. nam**  
 hic non requiritur aliud ad eius verificationē nisi titulus **coloratus 2 possessio 2c.** Et excipiuntur tantu duo casus.  
 ergo sequitur q in alijs ista regula est firma. nā exceptio **firmat regulam.** et ultra iura vulgaria allego ad hoc. c.  
 licet. in f. de elec. 2 c. f. in p'nci. 2 in f. de coniu. lepro. Ex  
 quo sequitur q etia si ex. dicatus possiderit triennio ex tñ  
 tulo colorato aliq beneficiū q potest iuari hac regula: **qz nulli dubij q excoicatus pot possidere etia beneficium**  
 possessio sit qd facti potius q iuris. l. i. s. si vir vxori. ff. de  
 seq. po. c. cum nostris. de coecel. pben. ergo ea que sunt fa  
 cti nō possunt iure civili vel alio positivo infringi. vt in. d.  
 s. si vir. ergo sequitur q cum excoicatus potest possidere.  
 facti. c. item cum quis. 2 c. in litteris. de resti. spo. ergo in  
 eo habeat locum ista regula: 2 hoc quo ad hoc vt non mole  
 stetur. vt hic secus dico de restitutione si ipolietur: qz tunc  
 obstat sibi exceptio excoicationis. vt dicunt tres glose  
 vulgares. in. c. f. xlii. dist. 2 c. ex insinuatione. de procur. 2  
 in. c. dilectus. de rescrip. Item per predicta dico idem in he  
 retico quo ad possessionē facti quousqz spolietur: 2 sic tol  
 lo distinctionē doctor. in. c. f. de iudi. quo ad calum huius  
 regule: 2 credo q sic praticat rota 2 est verum: qz sic dixit  
 michi dñs Petrus ferrera hispanus doctissimus vir. et al.  
 legavit michi quo ad istam regulā: quia defensio non tollit  
 tur excoicatio. c. cum inter. de excep. ergo 2c. Item ex pre  
 dictis infero q hec regula habeat locum: etia si possessor sit  
 spurus vel homicida vel quicumqz alius inhabilis ex quo  
 indistincte loquit. sed in rei veritate debet intelligi de p'no  
 nis habilibus. arg. l. vt gradatim. ff. de mu. 2 ho. in cōter  
 bene 2 male. **Et sic hic vidi in curia vnam questionē. l. an**  
**S. ii.**

**C**omendatarius non habet titulum in beneficio: sed de possessione m.

comendatarius ad vitam potest se defendere cum ista regula: et certe prima facie videbat quod sic ex quo habet color ad titulum etc. tunc contrarium credo verius. nam est certum quod iste non habet titulum: sed tantum depositum. ar. l. comendare. ff. de verbo sig. et eorum que dicit glo. in c. si constituit. de accusa. Item quod iste non possidet. vt. l. licet. s. i. ff. de postul. l. rei commendate. ff. de commodat. in ar. ergo etc. et sic credo pronunciasse rotam: tunc hoc crederetur verum si molestaretur per habentem titulum ipsius beneficii de nouo vel aliam: quod ille dicit verus status. vt dicit glo. in c. nemo. de elec. li. vi. et non commendatarius. vt dicit illa glo. sed si alius etiam commendatarius molestaret eum crederetur habere locum istam regulam: quoniam in pari causa prior est conditio possidentis. c. in pari causa. de regul. iur. li. vi. et crederetur quod licet dicitur quod commendatarius non possidet vt dicitur. tamen hoc verum quoniam dominus verus deposuit. secus si iudex: quod tunc possidet sicut dicimus de leuestro. vt notat in d. l. licet. et facit lex interdum. ff. de acqui. bo. sed sic est in casu nostro: ergo etc. nescio tamen an auditores moderni reciderent hoc. nam dicunt quod non est beneficii comenda per superius dicta. et quod beneficium debet esse perpetuum. c. precepta. l. v. dist. 2. notat in c. veniens. de si. pref. sed dico quod satis est perpetuum quo ad vitam obtinentis in comendatione. ar. l. i. ff. pro loc. cum glo. et forte non esset magni hoc tenere pro veritate. et idem quod dico de comenda dicerem de administratione que etiam non dat titulum. vt in alia regula superius laus eius dicitur.

Sequitur Tricesima quarta Regula.



**L**tem idem dominus noster statuit et ordinavit quod quecumque beneficia ecclesiastica siue in Romana curia siue extra eam resignata nisi de illis facte resignationes si in Romana curia infra sex menses si extra dictam curiam facte sint infra mensem ex tunc vbi dicta beneficia consistunt publicate et possessione illorum ab eis quos id contingit petita fuerit si resignantes illa postmodum in eorundem resignatorum possessione decesserint non per resignationem sed per obitum huiusmodi vacare censentur: collationes quoque de illis tanquam per resignationem vacantibus facte et inde secuta nulli sint roboris vel momenti.

*intra quod tempus de resignatione per possessionem mtra suam*

**H**ec regula dicit quod si beneficia sint resignata siue in curia siue extra eam: et resignatio non fuerit publicata in curia si ibi fuit facta infra sex menses et extra curiam sibi facta fuit infra unum mensem: et possessio petita non fuerit ab eo cui facta fuit collatio quod si moratur in possessione: ne illius ille qui renunciat quod censetur vacare per mortem et non per resignationem. et quod collatio sic facta per resignationem non valet. hoc dicit et certe ista regula est maxime edita et est sancta: quod obuiat hic papa maliciose et fraudibus curialium. nam vnus poterat resignare beneficium secreto et postea manebat in possessione: et cum impetrabat per mortem illius apparebat ille primus qui impetrauerat per resignationem etc. ideo papa puidet circa istas fraudes hic. et ad hanc regulam facit l. si. et s. supra cuius. ff. quibus. mo. pignus vel hypo. soluit. Contra istam regulam tamen hoc die fit fraus et videtur de facto quod vnus renunciat alteri et fit sibi collatio per ordinatum vel per papam et tenetur secrete tunc ille qui renunciat secrete constituit se possidere note alterius quod potest fieri in beneficiis sicut vnus intellexit. c. cum venissent. de resti. spo. et tunc satis fit huic regule. tamen ille semper possidet: quod immutata est causa possessionis tunc non presumitur fraus p. l. i. c. de dona. ante nup. vbi Bald. hoc notat ad limitationem dicti. s. supra cuius. et sic fraus que per baronem potest fieri facientem. l. si in fraudem. cum glo. c. de lega. et Bald. ibi notat. ego allego. c. requisisti. de testa. in fi. cum glo. quod intelligo verum iure fori sed non iure poli. ar. c. erubescat. xxvii. dist. et ista regula facit contra presumptionem iuris. nam est certum quod veritas prevalere debet opinioni. c. veritate. cum glo. viii. dist. tamen hoc verum nisi princeps certus de veritate mandet preferri opinionem vt casus illo: et potest princeps facere vt plene declarat Bar. in l. si is qui per emptorem. ff. de vsu cap. et quia hic dicitur de publicatione tamen quo ad istam regulam satis est quod capiat pro ostensione vel notificatione fienda illi resignanti. faciat glo. in l. si. c. de petitis bo. sub. l. i. c. nulli phas. xv. dist. ideo in curia si sibi esset renuncians satis est quod sibi notificaretur per ius coram notario et testibus: sed ex supra dictis arbitror iustitiam si fiat in cancellaria vel in camera apostolica. facit glo. in aut. de non eligendo secundo nuben. s. si. in hypo. p. clama. et. et quod ex ea notat. Ange. ibi. et idem credo si non sit sciens renuncians in curia quod procurator publicet ibi in cancellaria quod renunciat nomine alterius licet aliqui publicent in audientia contradictarum: et sic fit hodie in audientia contradictarum ex habundanti. Item in quantum hic dicitur quod possessio petatur crederem fore satis factum si eorundem notario et testibus petatur licet non iudicialiter.

*Potest quis se constituisse possidere beneficium note alterius*

gula quādo fit mētio de interpellatione sufficit vnica ex-  
 tra iudicialia vt est glo. in. c. si episcopus. xvij. di. 2. ibi dicit  
 Domi. faciat glo. 2. ibi doc. in. c. cum causa de offi. de. 2. cle.  
 7. de decimis. Item ponderanda sunt vba hic posita in p̄tē  
 ponit conditionē. s. si resignantes in possessione moriant̄  
 ec. 2. postea dicit q̄ collatio ipsorū beneficiorū tanq̄ p̄ resi-  
 gnationē vacatū non valeat 2c. Ex quo sequit̄ q̄ cassā  
 hic illa collatio vel p̄uissio pape facta per resignationem  
 q̄ resignans moritur in possessione 2c. sed si non moriatur  
 in possessione vel possidet sed viuit post triēniū hic statuti  
 tūc q̄ illa conditio est resoluita 2 si non existit sequit̄ q̄  
 dispositio nō habeat locū ar. l. si. ff. de iudicē adiectioe. l. ce-  
 dere di. ff. de ver. sig. 2. facit q̄ dicit Old. in. con. c. lxxx. in  
 ii. col. q̄ incipit allegatōes. 2 sic sequit̄ q̄ si vn̄ dedit m̄  
 datū de resignando in curia 2 pcurator resignauit: sed nō  
 fuit facta diligētia de qua hic tunc si ille qui dedit manda-  
 tum viuit q̄ semper ille cui facta est resignatio potest expe-  
 dire bullas 2 habere possessionem 2 ista reglā nō obstat im-  
 mo inuat p̄ predicta 2 sic auditio sententiā fuisse in pala-  
 tio. 2 ad hoc facit etiā aduerbiū quoq̄ hic positi quod co-  
 pulat 2 est sititudinariū extensiuum ad p̄cedentia 2 de ei⁹  
 natura est p̄cedentiū omniū 2 eorum accedentium repeti-  
 tionem inducere vt pbat Oldr. cō. citi. quod incipit quē-  
 rum est. 2 allegat. l. in repetēdis. ff. de leg. iij. 2 de fundo in  
 fru. l. seye. s. gayo. sed sic ponit hic. 2c. Obmirro pos-  
 nere hic si resignatio fuit facta in partibus bñficij referens  
 ti sed ille in cui⁹ fauorem facta fuit nescit tūc sed tēpore  
 aliquo lapsō ante mēsem sciuit et venit ad curiam an ha-  
 beat locū termin⁹ huius regle. 2 circa hoc 2 circa alia suf-  
 ficiat p̄ nunc vna doctrina Bal. l. c. quoniam de p̄hibi. fe.  
 ali. p̄ loth. qui notat ibi q̄ termin⁹ iuris vel statuti nō est  
 pemptorius si legitim⁹ p̄bet impedimentū 2 tale est illud  
 ergo 2c. 2 allegat ibi multa iura q̄ sufficiūt ad alios casus.

Resignans  
 beneficiū  
 si hoc non  
 obstat  
 semp̄ posse  
 derit ipsū  
 beneficiū  
 quid iuris.

Terminus  
 statuti nun-  
 q̄ est per-  
 emptorius  
 si probetur  
 impedime-  
 ntum.

Sequitur Tricesima quinta Regula.

**N**em idem dñs noster vt litibus fi-  
 nis celerius imponatur et litigan-  
 tiū parcat̄ sum p̄tib⁹ et expensis suo-  
 rum predecessorum constitutionib⁹  
 et statutis inherendo: statuitz ordi-  
 nauit q̄ in causis in Romana Curia pendētib⁹  
 et quas in posterū in ea quouis modo contigerit  
 agitari nulli ante diffinitiuā sententiā liceat ap-

pellare nec appellatio si fuerit emissa vbeat ad  
 mitti nisi ab interlocutoria que vim habeat diffi-  
 nitue vela gramine minime concernente nego-  
 cium principale q̄ non possit per appellationē  
 a diffinitiuā sententiā reparari nulliq̄ cause ap-  
 pellationū huiusmodi cōmittantur nisi in cōmī-  
 sione exprimat̄ quod interlocutoria vim diffi-  
 nitue habeat vel gramam sit tale q̄ in appel-  
 latione a diffinitiuā nō valeat reparari. Alioquin  
 appellationes et commissiones in posterum et  
 quicquid inde securum fuerit sint nullius robo-  
 ris vel momenti. Commissionibus appellationū  
 iam iudicibus presentatis et exhibitis in suo ro-  
 bore permanens in quibus latis super eisdem  
 sententijs secundo vel alias vltimis ab eis non  
 liceat appellare: appellātes vero et appellatio-  
 nes etiā ab interlocutorijs 2 gramam in huius  
 modi suo vel alterius nomine prosequētes si suc-  
 cubuerint vltra expensas et damna ad que resar-  
 tienda de iure condemnatus compellitur. xx. flo-  
 renis auri mulctetur.

**I**sta regula dicit q̄ in curia romana nullus potest  
 appellare ante diffinitiuā sententiā nec eius ap-  
 pellatio debet admitti nisi appelletur ab interlo-  
 cutoria habere vim diffinitue vel a grauamine nō cōcer-  
 nēte negotiū principale q̄ non possit p̄ appellationē a diffi-  
 nitiuā sententiā reparari 2 q̄ si appellet̄ nō cōmittatur cau-  
 sa appellationis nisi exprimat̄ vnus modus predictori  
 alias appellatio 2 commissio sint nulle. 2 quicquid inde secu-  
 rum fuerit tamē de commissionibus preteritis de quibus est  
 sententiā nihil disponit de q̄bus a sententiā iam latis nō  
 possit appellari amplius si non sunt grauamina vel sentē-  
 tie de quibus. supra et si aliquis aliter appellauerit si suc-  
 cubuerit vltra expensas 2 dāna debet mulctari pena. xx.  
 ducatorū. hoc dicit. 2 ista regula habet in se equitatē licet  
 sit cōtra ius canonicum. c. sup. eo. li. ii. de ap. concordat̄ in  
 cum iure ciuili etiam in casibus hic expressa vt q̄ grau-  
 amen non p̄t reparari in diffinitiuā vt si index videret ali-  
 quem torqueri. vt. l. si. ff. de ap. recipien. et ibi Barto. vel. si

Ista regula  
 iuris se  
 equa est ta-  
 men cōtra  
 ius canonicū

sententia habet vim diffinitive vt vult glo. in aut. habitus. C. de ritus p pa. z eodē modo pono exēplū hīc z in similibus v̄ ista regula sepe deducitur ad iudiciū. z est clara p̄terit̄ q̄ ibi in quibus latis sup̄ eisdē sententiis secūdo vel vlt̄er̄ ab eis nō liceat appellare. hīc anderē dicere cū iuris consulto in l. officus. ff. de testa. q̄ aut ego nō intelligo te aut ista est sententia tua. quis em̄ dubitat q̄ etiā ab interloco: ria vel grauante nō p̄t̄ v̄roq̄ iure tertio appellari. c. di recte. de ap. z. c. lina. c. ii. z. C. ne liceat tertio appellari. per totū. si hoc est verū quid dicit iste recōpillator in presentis pape q̄ si sententiā est secūdo vel vlt̄erius nō liceat amplius appellare. z sic si vlt̄erius id est tertio est sententiā de quo deservit ista regula. z ideo credebā q̄ est hīc men: doia littera quia debet dici secūdo vel alias. z tūc sequi tur vlt̄erius nō liceat ab eis appellare zc. Sed ego habeo duos libros corā me vbi sunt predicta verba. z etiā in libro regularū Sixti. sed sī nō sit illud verbū alias hīc debet sub audiri. ar. l. verbū volo. C. de fidei cōmis. sicut verbū quon: dam subaudiatur ad orationē legalē. vt est glo. in l. libertū C. de nup. quā cōmendat ibi. Bal. Et de canda huius regu: le nō me intrōmito. quia istos. xx. duca. nunq̄ vidi solui in curia postq̄ sum hīc. sed si soluerent eum deberēt solui z ad cuius instātiā dixi aliquid supra in regula. xxxv. Et noc: eādū tamē est hīc q̄ ista regula nō habet locū extra curie am. i. extra muros vrbis vel curie per verba posita hīc in principio. z non dico curiā hīc extēdi ad duas dietas sc̄bz c. presentis. de prebē. li. vi. per ibi nota. per docto.

al. Dominig

Verbū quō: dam subau: dit ad ora: tionē lega: lem.

Sequitur xxxvi regula.

**I**tem statuit et ordinavit q̄ in cōmissi: omib⁹ de iusticia etiā cōsistorialibus per euz seu de eius mādato vel aucto: ritate in causis in quibus concilium existat in posterū cōcedendis: etiam si in eis de cōclusiōe huiusmodi implicite vel ex: plicite mentio facta fuerit nichil censetur esse concessum: nisi per concessionē cōmissionis hu: iusmodi conclusioni derogetur expresse.

**I**sta regula dicit q̄ in cōmissionibus iusticie etiā cōsistorialibus q̄ expresse non derogetur cōclusioni q̄ nichil valēt etiā si implicite fiat mentio de cōclusionē. hoc dicit. z est regula fa: tis equa. z est vnus effectus cōclusionis in cau:

sa etiā beneficiāli. q̄ licet cōclusio in causa beneficiāli qua si hodie nichil p̄sit. q̄ etiā post cōclusionē possunt p̄duci re: ftes z instrumēta vt dicit decisio rote. v. quia non requirit̄ cōclusio in causa bñficiāli. de. sepe. cū glo. s. si. de ver. sig: quāq̄ de equitate rote etiā in cā. pphana post cōclusionēz possunt admitti testes et instrumēta. vt dicit decisio. cir: in fine. q̄ incipit. Itē latis tribus sententiis contra. c. curz di: lectus. de fide instru. et hoc ex equitate. c. pastoralis. in ff. de causa po. tamē hīc est vnus effectus cōclusionis etiā in causa beneficiāli. alios nō numero hīc. sed in alia forte regula notabo. Unō tamē volo dicere q̄ istud nomē cōclu: sio nō reperitur in ext̄tu de iure ciuili. vt dicit Bal. in. c. cū in iure. de offi. dele. sed renūciatio. sic hodie tñ fit cautela cōtra hāc regulā in curia. q̄ etiā si sit cōclusum ille q̄ vult habere cōmissionē aliquā in causa beneficiāli. vel alia p̄: ducit certas materias de nouo vel aliquos testas et tunc per admissionem videtur tacite rupta cōclusio. vt dicit de: ciso rote. z Sicu. in dicto. c. cū dilectus. z tunc postq̄ est tra: pra cōclusio presentat cōmissio z valet. z sic oportet i istis habere iudicē fauorabilē. quia ipse possit non admittēre si veller. ar. iurū superius allegatorum. tamē si admittit valet. ar. dic. c. pastoralis. de causa pos. et sic oportet i istis habere iudicē fauorabilē. vt dicit glo. i regula in iudicis. de reg. iur. li. vi. in fi. Istas alias regulas sequē: tes quia cōcernūt abbreviatores: quomodo debent expe: dire bullas z quas: z circa stūū suū z circa stūū cācellarie Item de potestate vicecancellarij non glōfabo ad lōgum. ideo non me extēdā in eis: quia esset ponere falcē in mes: sem alienam: tamē succincte aliquid dicam. hīc solet esse in aliquibus libris.

Cōclusio an: requirit̄ in: causa bene: ficiāli.

In arbitri: ris bonum: est habere: iudicē fau: rabilem.

Sequitur xxxvij. reg. de lris ap̄lis expedic̄dis.

**I**tem voluit et ordinavit q̄ si aliqui re: ligiosi petāt aliquod beneficium ad nu: tum reuocabile cū clausula / q̄ extēde: pro solo nutu abbatis vel superioris / nō possunt ammoueri littere quo ad clausulā ip: sam nullatenus expeditantur: nisi idē dñs noster ponat signanter quod non possint ammoueri vel ad partem clausulam ipsam concedat.

In ista re: gula: sequē: tib⁹ tracta: tur de litte: ris ap̄pos: itis expedi: endis.

**I**sta regula dicit q̄ si monachus impetret bene: ficiū sue religionis q̄ quidē p̄t̄ abbas vel superior: suus ad nutum remouere ab habenti quando sibi placet et p̄t̄ monachus quod non p̄t̄ ad nutum superior:

ris amoveri q̄s abbreviatores nō ponat istā clausulam n̄  
si in supplicatiōe ponat papa insignatura q̄ nō possit amo  
verī vel in clausulis infra in supplicatiōe positis hoc pe  
tatur z papa dicat simpliciter fiat vt pens̄ hoc dicit z ra  
tio dubitādi videbatur q̄ licet b̄fficiū sit ad nutum reuo  
cabile tamē q̄ papa apposuit manus videbat q̄ foret ir  
renocabile ar. c. vt nostrum. de ap. z. c. i. vt ecclesiastica be  
neficia. z ideo videbatur q̄ etiā abbreviatores z vicecans  
cellarius possint expedire bullas. Ex quo in supplicatiōe  
hoc petat z papa simpliciter concessit. Sed ratio decisio  
nis est q̄ papa non vult iudicare religioni z antiquo iu  
ri. nam monach⁹ est stricti iuris ex quo posuit hominē su  
pra se vt dicit glo. in. c. si vere. xv. q. i. in fi. ideo nō vult pa  
pa q̄ indirecte monachus ab obediētia abbatis sit exem  
ptus. vnde licet papa conferat alicui beneficium non propie  
rea sequit q̄ a suo plato non possit ex causa priuari illo be  
neficio q̄ reatus omnē excludit honorē. l. moueor. C. si ser.  
ex por. z hoc vult Bal. in. c. illud b̄ma. z obe. alias deberet  
dicere in. c. per tuas. eo. ii. vbi bon⁹ rex. z glo. de hoc et ibi  
doc. in. c. i. de p̄sr. vii. vel in iust. glo. z doc. in. c. cum in di  
stribuendis. de temporibus or. et ibi Jo. an. 3e licet Bal.  
in di. c. dicat. q̄ si monachus habet prioratū a papa q̄ nō  
teneatur renūciare ad mandatū abbatis. z alle. Jo. An. in  
c. cū inter de elec. z credo q̄ debuit allegasse in. d. c. cum in  
distribuendis. tamē hoc versū quando papa diceret q̄ non  
remoueretur. alias secus faciat glo. iuncto tex. in. c. l. de  
supplen. negli. pre. z ex ista regula iuncta illa. 3. xxv. pas  
ter q̄ auditor corā quo p̄ducitur talis bulla expedita q̄ v̄  
sa supplicatiōe vbi nō sunt verba pape hic posita p̄t  
mittere bullas corrigēdas ad cācellariā sic corrigerent  
ille bulle p̄ illā regulā sic cācellaria est hodie cōtra istā re  
gulā q̄ expeditur bulle p̄ camerāz tūc q̄ papa apposuit  
manus non se potest cācellaria introumittere. ar. dictorus  
iuris z sic practicat hodie eam in rota q̄ in cācellaria. z si  
cec dicit hic q̄ nullatenus expediant. z sic videtur q̄ factū  
contra formā mandati sit nullū. l. diligēter. ff. mādati. z. c.  
cū dilecta. de rescrip. tamē hoc habet locū in expedita bu  
la per cācellariā. quia ista est regula cācellarie z nō came  
re vbi papa quotidie decipit per suos secretarios z p̄ cara  
diales z maiorē potestātē penes se reseruat quā hic tra  
didit in. c. budū. z. c. 3. ius. lo. d. de prebē. li. vi. ideo esset bo  
nū et vtile z sanctū q̄ faceret etiā aliquas constitutiones  
papa quo ad cameram etiā secreta sicut quo ad cācella  
riā maxime circa expeditiones bullarum que etiā expe  
diuntur sine supplicatiōibus quotidie ideo in talibus bul

Papa non  
intendit an  
siquo iuri  
velle iudi  
ciare vel re  
ligioni.

lis si posset haberi vna cōmissio q̄ corrigerent fm tenorē  
supplicatiōis bene esset si nā sit oportet q̄ habeat patiens  
tis abbas. z non credo q̄ secretarius solus posset corriges  
re bullas etiā in registro bullarū postq̄ bulle sunt expedi  
te quia papa apposuit manus vt dixi etiā si dicat hoc  
factum de mandato pape viue vocis oraculo sibi facro q̄  
sibi non crederetur etiam cardinali in p̄iudicium alie  
rius etiam in curia. sufficiat gl. no. de sen. ex com. c. scite. ee  
ego allego a lū in. c. nuper. eo. et. z hoc vult Jo. an. z Abb.  
in. c. quod super his de fide instr. de quo satis dixi in q̄nti  
bus cardinalis z p̄ nunc sufficiant hec z credo q̄ etiā cā  
cellaria seruet hanc regulam licet supplicatio sit signa  
ta motu proprio maxime si esset facta vna regula q̄ mos  
sua propius tantū tollat surreptionē z nō operat alium  
effectum pro q̄ facit glo. in. c. l. si romanus. de preb. z credo  
q̄ ista non sit vanda ideo si auditor mitteret bullam ad  
cācellariam vt dixi dubito an posset facere z an cancel  
laria deberet obedire sibi q̄ dicit sibi quo iure de iudis  
villas. c. viij. di. quo iure. nec vidi fieri tempore meo.

Secretari⁹  
pape an  
possit solus  
corrigerē  
bullam.

motus pro  
prio pape  
non deberet  
tollere nisi  
surreptio

Sequitur Tricesima octaua Regula.



Item si committat alicui b̄fficiū resig  
natiōis receptio ponatur clausula:  
attente quoq̄ p̄videas zc. z si ex cau  
sa permutatiōis resignatiōes h̄nt  
ponatur clausula quod neutri p̄mu  
tantium ius acquiratur nisi quilibet ipsoꝝ ius  
habuerit in beneficio per ipsum resignato.

Item si committat alicui q̄ recipiat  
resignatiōē alicuius b̄fficiū debet abbreviatoꝝ po  
nere in bulla artēte quoq̄ p̄videas q̄ in renūciatiōe  
p̄fecta dolus vis metus ac aliqua simoniacā p̄auitas nō  
interveniat zc. z hoc est q̄ simpliciter debet fieri renūcia  
tiō. sed si committatur sibi q̄ recipiat ex causa p̄mutatiōis  
